

Forgotten Books

— www.forgottenbooks.com —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

M. TULLII C^{IC}ERONIS
HIST^{OR}IA
PHILOSOPHIAE
ANTIQUAE

EX
OMNIBUS ILLIUS SCRIPTIS
COLLEGIT DISPOSUIT
ALIORUMQUE AUCTORUM
ET LATINORUM ET GRAECORUM
LOCIS

ILLUSTRAVIT ET AMPLIFICAVIT

D. FRIDERICUS GEDIKE

REGI BORUSS. A CONSILIIS ECCLESIAST. ET SCHOL.
DIRECTOR GYMNASII BEROLINENSIS ET
COLONIENSIS

EDITIO TERTIA EMENDATIO.

BEROLINI

SUMTIBUS AUGUSTI MYLII
MDCCCXV.

V I R O
SUMME REVERENDO
D. GOTTH. SAM.
S T E I N B A R T
THEOLOGIAE AC PHILOSOPHIAE
IN ACADEMIA VIADRINA
PROFESSORI CELEBERRIMO
PATRONO DE ME MERITISSIMO
PUERITIAE OLIM MEAE DERELICTAE
ALTORI ET EDUCATORI OPTIMO
PRAECEPTORI AETATEM DEVENERANDO
CUJUS
SUMMA ET PLURIMA
IN ME COLLATA BENEFICIA
NUNQUAM MIHI EX MENTE EFFLUENT

LIBRUM HUNC
GRATI ANIMI MONUMENTUM
EO QUO PAR EST PIETATIS SENSU

D. D. D.

P R A E F A T I O

E D I T I O N I S P R I O R I S.

Ad hunc ego librum conscribendum nec casu nec meo ipsius consilio impulsus accessi, sed admonitus et evocatus ab Illustrissimo ZEDLIZIO, rerum ecclesiasticarum atque scholasticarum summo in terris Borussicis praeside, Viro de litteris ac scholis immortaliter merito. Qui quum intelligeret, antiquae philosophiae notitiam pernecessariam esse adolescentibus, nec sine ea ipsam veterum scriptorum lectionem feliciter satis procedere, quamque ipsius philosophiae studium ab hac historica notitia utilissime ordiendum esse videret, quo facilius primis et veritatis et erroris fontibus cognitae a partium studio deterreatur juvenus: historiam hanc philosophiae antiquae nequam (ut fere fit,) in scholis negligendam esse rectissime existimavit. Quum autem non minus vere censuisset, studium hoc cum ipsa veterum scriptorum lectione aptissime ac utilissime posse conjungi, nec ullam esse utiliorem juvenilis institutionis rationem hac rerum atque verborum amica societate: ex libris Ciceronis, quo nemo veterum scriptorum largiorem huic consilio messem suppeditare possit, historiae philosophiae enarrationem colligi voluit. Ita factum est, ut mihi hunc injungeret laborem, meque ex Cicerone, quaecunque ad historiam philosophiae spectarent, colligere, disponere, et, quae deessent, ex aliis scriptoribus adjicere juberet. Noluī equidem refugere oblatam mihi honorificam de scholis merendi occasionem, nec tamen sine timore eam amplexus sum, quippe virium mearum imbecillitatis haud nescius. Attamen, ut, quantum quidem in me situm esset, conferrem ad praeclara Illustrissimi ZEDLIZII de juvenili institutione consilia perficienda, alacri animo accinxi me ad hunc laborem, quem tamen plures, quam primo credideram, difficultates habere, deprehendi. Denuo igitur ordine perlegi omnia Ciceronis scripta, si ab epistolis discesseris, (in quibus solis indicum auctoritate acquiescere poteram) et omnia, quae ad consilium propositum spectarent, diligenter excerpti: quamquam facile fieri potuit, ut, quae humana incuria est, locum aliquem graviorem praeter-

mitte-

mitterem, quod tamen non adeo saepe contigisse mihi persuasum est. Nec tamen omnes omnino locos colligere volui, quippe saepe eadem narrantes. Quare illustriores et copiosiores selegi, quamquam non omnino caveri poterat, ne una res pluries referretur. Prorsus autem necesse fuisse, ut hic illic quaedam verba leviter inflecterem et aliquam modò disjungerem modo adderem particulam, satis manifestum est; praesertim quum mihi propositum esset, plures Ciceronis locos ex diversis illius libris decerptos, ubicunque id commodo fieri posset, conglutinare. Omnia tamen, quae nexus causa inferenda aut praemittenda videbantur, ipso typorum caractere ab ipsius Ciceronis verbis distincta sunt.

Addidi deinde ex aliis scriptoribus ea, quae partim ad illustrandam partim ad amplificandam Ciceronis enarrationem valerent. In quo labore non solum ad veritatem historicam respexi, sed etiam hanc mihi legem scripsi, ut nonnisi eos locos afferrem, quorum intelligentia non nimis impedita esset nimisque difficultate juventutem moraretur. Hinc factum est, ut pauciora ex Aristotele attulerim, quam allaturus fuisset, nisi ad juventutis vires simul respiciendum esse judicasset, quamquam vel sic sat multa ex eo attuli.

Est igitur hic liber *Chrestomathia*, quam vocant, ex magno veterum scriptorum numero collecta, diversa tamen ab aliis ejusmodi collectionibus, quod omnia ad unum consilium relata sunt, et continuam quandam disciplinam tradunt juventuti, quae hoc libro perlecto, non dubito, quin multo majori cum voluptate et utilitate integros Ciceronis libros philosophicos sit tractatura, quam si historiae philosophiae plane rudis ad eos accedat. Nec hanc ego minimam hujus libri in scholis utilitatem fore confido, ut innotescant adolescentibus quamplurimi veteres scriptores, quorum saepe nomina quidem audire solent; nam ex septuaginta circiter auctoribus decerptos locos continet haec collectio. Ipsa quoque haec non solum auctorum, sed utriusque etiam sermonis varietas habet, quo alliciat juventutem, varietatis cupidam; id quod ipse jam expertus sum, ex quo per aliquod tempus cum adolescentulis meis singulas libri hujus plagulas perlegi, eosque hac auctorum et sermonis varietate mirifice teneri atque delectari non sine voluptate intellexi. Quid? quod Viris etiam eruditis hunc meum laborem non plane inutilem fore spero, quum, quae in omnibus Ciceronis scriptis dispersa jaceant membra, hic in unum quasi corpus collecta inveniant,

et aliorum quoque auctorum locos conquirendi opera magis super-
sedere queant.

Erunt quidem, qui totum hujus libri consilium eo fiat impro-
baturi, quod auctoritatem Ciceronis in historia philosophiae levio-
rem judicent, quam ut ea acquiesci possit. His tamen satis super-
que responsum est a cel. *Meinersio* in oratione de Ciceronis in
universam philosophiam meritis (*Bernische Schr. Th. I. p. 274* sqq.)
Et quamquam negare nec possum nec volo, non semper Ciceronem
philosophorum doctrinam satis accurate sive percepisse sive expli-
casse, velim tamen mihi alium ostendi historiae philosophiae fon-
tem, qui ubique et purior et plenior sit. Est praeterea praceptoris,
qui omnino aliis et fontibus et subsidiis instructus esse debet, monere
adolescentes, sicubi errare visus sit Cicero aut alius quispiam auctor,
cujus in hac collectione verba leguntur. Nam et manifestas quas-
dam historiae philosophicae fabulas afferre non dubitavi, nec tamen
in iis refutandis tempus consumere volui, quum id ab aliis jam
satis superque factum esset. Praetermitti autem saepe nec potuerunt
nec debuerunt fabulae istae, quoniam earum notitia non omni
caret utilitate, immo saepe necessaria est.

Ad textum Ciceronis quod attinet, nulli equidem recensione
me ita addixi, ut eam solum sequerer, sed quaecunque mihi lectio
ad veritatem proxime accedere videretur, eam amplexus sum, prae-
cipue tamen Davisium secutus, cujus ut et aliorum emendationes,
ubi insigni veritatis specie sese mihi probassent, in textum recipere
non dubitavi, plus mihi in hac collectione licere ratus, quam si
editionem totius alicujus libri Ciceroniani curassem; nec ad rem mihi
pertinere videbatur, ubique lectorem monere, ubi a vulgata lectione
discessissem notisque criticis historiae filum abrumperem. Factum id
tamen est, quotiescunque graviorem aliquam mutationem admisi.

Dissimilitudinem quandam et styli et amplitudinis in narrando
nemo mirabitur. Separari illa ab hujus libri ratione omnino non
poterat, nec ea, quantum equidem video, quidquam, quod noceat,
habet. In Pythagoreorum tamen historia nimis brevem me fuisse,
nec plures ex aliis scriptoribus locos adjecisse, jam aegre fero.
Contra nimis fere copiosus fui in Platonis vita atque doctrina enar-
randa, quamquam pater et princeps philosophiae copiosam praeter
ceteris merebatur enarrationem: Omnino autem et alibi plures insignes
locos allaturus fuisset, nisi verendum fuisset, ne in nimiam molem

excreveret liber, juventutis praesertim usui dicatus. Et erant omnino multa vel ideo praetermittenda, ut praeceptor in explicando hoc libro haberet, quod adderet. Philosophiae post Cicero-
nem historiam primum, etiam ex variis auctoribus senioribus con-
texere constitueram; sed ne nimis augetur libri et moles et
pretium, abjeci consilium hoc; ut tamen praeceptor in enarranda
historia hac filum haberet, quod sequeretur, addidi brevem hujus
periodi conspectum.

Multum in hoc labore adjuverunt me praeter notos libros
universam philosophiae historiam complectentes scripta Virorum
doctissimorum, *Meinersii* atque *Tiedemanni*. *Büschingii* quoque
V. S. R. historia philosophiae eo utilior mihi fuit, quod et ipse
plurimos Ciceronis locos suae enarrationi adjunxit. Quod si et
meam hanc collectionem non inutilem juventuti judicaverint Viri
eruditi, sique magno illi Viro, quo hortante stadium hoc ingressus
sum, non plane displicuerit, impense equidem mihi gratulabor, nec
unquam me temporis atque laboris in illa collocati poenitebit.

Scripsi Berolini X Cal. Octobr. MDCCLXXXI.

P R A E F A T I O

N O V A E E D I T I O N I S.

Viginti fere elapsi sunt anni, ex quo primum hic liber, qui jam
iterum parum mutatus prodit, in usum juventutis et scholasticae
et academicae a me editus est. Ad novam hanc editionem non
mea sponte equidem accessi, sed invitus fere honestissimi redempto-
ris voluntate perductus, quippe qui scholas hoc libro carere nollet.
Multa, fateor, mutare potuissem, forsitan et debuissim. Quod tamen
pauca tantum mutaverim, pauca addiderim, pluribus deletis, factum
id est eo consilio, ne nimia libri scholis destinati mutatio illius
usum impediret magis quam commendaret. Nec tamen dubito,
quin et talis, qualis jam est, in posterum quoque juventutem litte-
rarum humanitatis studiosam ad interiorem philosophiae ejusque
historiae notitiam non sine fructu formare et praeparare valeat, quo
fiet, ut et repetitio libri non inutilis et supervacanea esse videatur.

Scripsi Berolini, ultimo seculi duodevicesimi die.

SYNOPSIS.

I. Sectio prima. de philosophia barbarorum. 1-25

A. in genere. Introductio 1-2

B. in specie.

1. Chaldaeorum 2-3

2. Aegyptiorum 5-10

3. Persarum 10-14

4. Indorum 15-17

5. Phoenicum 17-18

6. Arabum 18-19

7. Celtarum 19-23

8. Scytharum et Getarum 24-25.

II. Sectio sec. de philosophia Graecorum

I. Caput 1. de philosoph. fabulari

A. in genere. 26-27

B. in specie. a) Homerus atque Hesiodus 28-29 b)

Orpheus 29-32 v) Mytheria 32-34

II. de philos. politica

1. Legislatores 35-37

2. Septem sapientes a) in genere 37-38 b) in specie

A) Solon 38-40 B) Bias 41 C) Epimenides 42

III. de philos. sectaria

1. Ionici 42-49 Thales, Anaximander, Anaximenes,
Anaxagoras, Diogenes Apolloniates, Archelaus.

2. Italici s. Pythagorici A) Pherecydes 49 B) Pythagoras 55-57 C) de Pythagoreis a. in genere 57-63 b. in specie 63-68 Empedocles, Epicharmus, Alcmaeon, Archytas, Philolaus, Hicetas, Eudoxus, Timaeus, Ocellus.

3. Eleatici 68-71 Xenophanes, Parmenides, Melissus, Zeno Eleates

4. Heraclitus 71-72

5. Democritici 72-81 Leucippus 72 Democritus 73-79
Metrodorus Chius, Anaxarchus, Diagoras 80-816. Sophistae 82-86 A) in genere 82 B) in specie
Gorgias 82-84 Protagoras 84-85 Prodicus 85-86
Hippias 867. Socratici 86-104 Socrates 86-100 Xenophon 101-102
Aeschines 103-104 Cebes 1048. Cyrenaici 104-13 a. Aristippus 104-7 b. Cyrenaici
in genere 107-10 c. in specie. Antipater, Hegesias,
Theodorus, Euhemerus 110-13

9. Eliaci 113-14 Phaedon, Menedemus, Asclepiades

10. Megarici 114-22 Euclides, Eubulides (ubi simul
de dialectica sophistica) Alexinus, Diodorus Cro-
nus, Stilpo

11. Academici 122-205

A. Plato 122-75 a) Illius Vita 122-31 b) Mores 131-33

c) Scripta 134-36 d) Philosophia A) Fontes 136-38

B) In-

- B) Indoles 138-40 C) Dogmata a) Dialectica 140-43
 b) Physica 143-65 c) Psychologica 165-68 d) Ethica
 168-71 e) Politica 172-75
- B. Academici 175-205**
 a. Academia vetus 175-84 A) in genere 175-82 B)
 in specie 182-84 Speusippus, Xenocrates, Polemo
 b. Academia nova A) Arcefilas 184-89 B) Lacydes 189
 C) Carneades 189-96 D) de Academia recentiori in
 genere 196-99 E) in specie 199-205 Clitomachus,
 Charmidas, Aeschines, Metrodorus. Philo 202-3
 Antiochus 203-5
- 12. Peripatetici 205-37**
 A. Aristoteles 205-24 a) Vita et mores 205-10 b) Scripta
 210-15 c) Philosophia a. Physica 215-21 b. Psy-
 chologica 221-23 c. Ethica 224
 B. Peripatetici in genere 224-29
 C. Peripatetici singuli 229-37 Theophrastus 229-31
 Strato 231 Lyco, Aristo Ceus, Critolaus, Diodorus,
 Dicaearchus 232-34 Aristoxenus, Heraclides Ponticus,
 Demetrius Phalereus, Hieronymus, Cratippus 236-37
- 13. Cynici 237-48**
 A. Antisthenes 237
 B. Cynici in genere 237-43
 C. in specie Diogenes 244-46 Crates 246-68
- 14. Stoici 249-96**
 A. Zeno 249-60 a) Vita 249 b) Philosophia A) Dia-
 lectica 250-51 B) Physica 251-54 C) Ethica 254-60
 B. Zenonis discipuli 260-63 Perlaeus, Aristo Chius,
 Dionysius, Herillus, Sphaerus
 C. De Stoicis in genere 263-83 a) Indoles philosophiae
 263 sq. b) Dialectica 264 c) Physica et theologica
 265-73 d) Ethica 274-83
 D. Successores Zenonis 283-96 Cleanthes 283-87 Chry-
 sippus 287-91 Diogenes Babylonius 291 Antipater
 292 Panaetius 292-94 Posidonius 294 Hecato 295
 Diodotus 296
- 15. Epicuroi 296-321**
 A. Epicurus. a) Vita 296-97 b) Philosophia A)
 genere 297-300. B) in specie a) Physica 301-5
 Ethica 305-16
 B. Epicurei 316-21
 a. in specie 316-19 Metrodorus, Polyaeus, Herma-
 chus, Leontium. — Zeno, Phaedrus, Patro
 b. in genere 319-21
- 16. Sceptici 321-23 Pyrrho, Timon.**
- III. Philosophia Romanorum. 323-31.**
 1. in genere 323
 a. in specie. Scipio, Laelius, Cato maior, Lucullus
 Cicero 325-29 Nigidius, Cato, Varro, Velleius,
 Balbus, Atticus, Brutus, Lucretius 329-31
**Conspectus historiae philosophiae Graecae et Romanae
 post Ciceronem p. 331-33**

M. TULLII CICERONIS
HISTORIA
PHILOSOPHIAE ANTIQUAE.

SECTIO I.
DE PHILOSOPHIA BARBARORUM.

INTRODUCTIO.

Philosophiam apud barbaros, praesertim apud Aegyptios, natam educarunt Graeci, et quam rudem, et horridam acceperant, diligentissime expoliverunt; eamque, ut ceteras artes, quarum semina ab exteris nationibus petiverant, ad eum perfectionis gradum evexerunt, quem apud ipsos barbaros nunquam attingere potuit. Hi enim quum plerumque servitutis jugo pressi cogitandi et loquendi libertate carerent, et omnis fere scientia a solis sacerdotibus occupata teneretur, qui, ut apud incultas gentes fieri solet, eam obscurae cujusdam sanctitatis velo tegebant, ut ad vulgus penetrare non posset; quumque ipsa barbarorum lingua plerumque non satis exculta, rebusque ultra corporis sensum constitutis percipiendis et explicandis accommodata non esset: fieri profecto non potuit, ut ipsorum, si qua erat, philosophia multum progrederetur, et ex utis poetarum fabulis et allegoriis, quibus totius antiquitatis more et sermonis in proximis egestate coacti veri-

tatem velaverant, ad simplices ac evidentes rerum divinarum humanarumque notiones emergeret. Non mirum igitur, exiguam admodum atque incertam esse nostram de philosophia barbarorum cognitionem. Non adeo magnum tamen pretium huic philosophiae statuendum esse, nostris temporibus in confesso est. Auget obscuritatem perversa multorum Graecorum ratio, qua barbarorum instituta ac disciplinam ex suae eruditionis ambitu dimetiebantur et explicabant, ac ubique, inprimis quod ad religionem attinet, similitudines quasdam inter sua et peregrina investigare conabantur. Qua ratione dici non potest, quantum obscuritatis illatum sit historiae philosophiae et religionis barbarorum. Sed quum aliqua tamen harum rerum notitia tironibus pernecessaria sit, afferam locos Ciceronis ad philosophiam barbarorum spectantes, adjectis nonnullis aliorum scriptorum locis, qui Ciceronis sententiam modo illustrent, modo amplificent.

1. CHALDAEI.

Divin. 1, **I**n Syria (1) Chaldaei cognitione astrorum sollertia-
 que ingeniorum antecellunt.
 41.
 ibid. c. 1.
 Princip. Assyrii (2) propter planitiem magnitudinemque
 regionum, quas incolebant, quum coelum ex omni
 parte

(1) Syria interdum latiori sensu dicitur, ita ut Mesopotamia quoque et Assyria, immo, ut hoc loco, Babylonia etiam ad eam referatur.

(2) Saepissime sub Assyriorum nomine comprehenduntur etiam Babylonii.

parte patens intuerentur, trajectiones motisque stellarum observaverunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei, non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati (3), diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset. In primis igitur notant sidera natalitia Chaldaei; sed qui ajuſit, quadringenta et septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Si enim esset factitatum, non esset desitum: neminem autem habemus auctorem, qui id aut fieri dicat, aut factum sciat.

Divin. 2,
ib. ⁴³ c. 46.

Diodorus Siculus Chaldaeos, Babyloniorum philosophos, ita describit: Χαλδαιοι προς τη θεωραπεια των θεων τεταγμενοι παντα τον του ζην χρονον φιλοσοφουσι, μεγασην δοξαν εχοντες εν Ασρολογια. Αντεχονται δ' επι πολυ και μαντικης, ποιουμενοι προρησεις περι των μελλοντων, και των μεν καθαρμσις, των δε θυσιαις, των δ' αλλαις τισιν επωδαις αποτροπας κακων και τελειωσεις αγαθων πειρωνται ποριζειν. εμπειριαν δ' εχουσι και της δια των θιωνων μαντικης, ενυπνιων τε και τερατων εξηγησεις αποφαινονται. — Την δε τουτων μαθησιν απαντων ουχ' ομοιαν ποιουνται τοις τα τοιαυτα επιτηδευουσι των Ελληνων. Παρα τοις Χαλδαιοις γαρ εκ γενους η των φιλοσοφια παραδεδοται, και παις παρα πατρος διαδεχεται, των αλλων λειτουργιων πασων απολελυμενος.

Bibl L.Π.
c. 29.

Οι δ' ουν Χαλδαιοι την μεν του κοσμου φυσιν αιδιον φασιν ειχει, και ρητε εξ αρχης γενεσιν εσχηκεναι,

ib. c. 30.

Α 2

μηδ'

(3) Ita loquitur, quod omnes *Genethliacos*, quaecumque demum iis patria contigerat, Chaldaeos nominabant. Alioqui proprie *Chaldaei* vocabantur inter Babylonios ii, qui siderum scientiae se dabant. *Davis ad h. l.*

μηδ' ὑπερον φόβον επιδεξασθαι. τὴν δὲ τῶν ὄλων
 τάξιν τε καὶ διακοσμήσιν θείᾳ τινι προνοίᾳ γεγόνε-
 ναι, καὶ νῦν ἕκαστα τῶν ἐν οὐρανῷ γινόμενων οὐχ ὡς
 εὐχένουδ' αὐτομάτως, ἀλλ' ὠρισμένη τινι καὶ βεβαι-
 ῶς κεκνυρωμένη θεῶν κρίσει, συντελείσθαι. τῶν δ' ἀσε-
 ρῶν πολυχρόνιους παρατηρήσεις πεποιημένοι, καὶ τὰς
 ἕκαστου κινήσεις τε καὶ δυνάμεις ἀκριβέστατα πάντων
 ἀνθρώπων ἐπεγνώκοτες, πολλὰ τῶν μελλόντων συμ-
 βαινεῖν προλέγουσι τοῖς ἀνθρώποις, μεγίστην τε φασὶν
 εἶναι θεωρίαν καὶ κινήσιν περὶ τοὺς πεντε ἀσέρας,
 τοὺς πλανήτας καλουμένους, οὓς ἐκεῖνοι μὲν ἑρμηνείας
 ὀνομαζοῦσιν, ἰδίᾳ δὲ τὸν νῦν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Κρό-
 νον ὀνομαζόμενον. — Περὶ δὲ τοῦ πληθους τῶν ἑτῶν,
 ἐν οἷς φασὶ τὴν θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν κόσμον πεποιή-
 σθαι τὸ σύστημα τῶν Χαλδαιῶν, οὐκ ἀν τις ραδίως
 πισεύσειεν. ἑτῶν γὰρ ἑπτὰ καὶ τετταρακόντα μυρια-
 δας καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας εἰς τὴν Ἀλεξάν-
 δρου διαβάσιν γεγόνεαι καταριθμοῦσι, ἀφ' ὅσου
 ἠρξάντο τῶν ἀσέρων τὰς παρατηρήσεις ποιεῖν.

ib. c. 31,

L. 16. P.
1074.

Strabo de iisdem ita: Ἀφωρισθὲν ἐν τῇ Βαβυλώ-
 νιᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσοφοῖς, τοῖς Χαλ-
 δαίοις προσαγορευομένοις, οἱ περὶ Ἀστρονομίαν εἰσε-
 το πλέον· προσποιούνται δὲ τινες καὶ γενεθλια-
 λογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι. — Ἐστὶ δὲ
 καὶ τῶν Χαλδαιῶν τῶν ἀστρονομικῶν γένη πλείω,
 ἀλλὰ καὶ ἀλλὰ λεγόντες περὶ τῶν αὐτῶν δόγματα.

Math.
c. 5.

Fundamentum astrologiae Chaldaicae secun-
 dum Sextum Empiricum hoc erat; συμπάθειν τὰ
 ἐπιγεία τοῖς οὐρανίοις, καὶ κατὰ τὰς ἐκεῖνων ἀπορ-
 ροίας ἕκαστὲ ταῦτα νεοχμοῦσθαι.

Ceterum ultra astronomiam vel potius astro-
 logiam non multum se extulisse Chaldaeorum erudi-
 tionem probabile est, quare philosophiae nomine
 non admodum digna videtur. De deo quid sta-
 tuerint, non omnino certum est, nec id mirum cui-
 quam esse debet, qui didicerit, quam pauca nobis
 restent

restent disciplinae eorum monumenta, et quam suspectae fidei ea, quae restant, sint, quo pertinent inprimis Berosi fragmenta. Hoc tamen certum esse videtur, astris et stellis divinam ab iis naturam esse tributam.

2. AEGYPTII.

Aegyptii in camporum patentium aequoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret quod contemplationi coeli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Sic artem praedicendi, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset, longinquitate temporum innumerabilibus paene seculis consecuti putantur. Divin. I, 42.

Omne fere genus bestiarum Aegyptii consecraverunt, quorum imbutae mentes pravitate erroribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut aspidem aut felem aut canem aut crocodilum violent: quorum etiam si imprudentes quidpiam fecerint, poenam nullam recusent. Nullam tamen belluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt. Velut ibes, quae maximam vim serpentium conficiunt, avertunt pestem ab Aegypto, quum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt: ex quo fit, ut illae nec morfu vivae noceant, nec odore mortuae. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. Ita concludam tamen, belluas a barbaris propter beneficium consecratas. Et ne fando quidem auditum est, crocodilum aut ibim aut felem violatum ab Aegyptio. Apis quoque sanctus Aegyptiorum bos, deus videtur Aegyptiis. Nat. D. 3. 15. Tuscul. 5. 27. N. D. 1, 36. ib. 1, 29.

Prima cultus belluarum origo repetenda videtur ex hieroglyphico, quod vocant, scribendi genere,

nere, et, quae cum eo cōhaeret, notatione similitudinum quarūndam, quas inter deos suos et animalia deprehendisse sibi videbantur. (εικονας πινασεν αυτοις αμαυρας της των θεων δυναμεις κατιδοντες, ut ait Plutarchus de Is. et Osir. c. 74.)

Cum his conjungenda explicatio Ciceronis, qui ex belluarum utilitate earum cultum derivat, quamquam hac ratione non omnes difficultates tolli queant; praesertim quum nonnulla eaque utilissima animalium genera, non modo non consecrata sed publicae etiam detestationi obnoxia fuerint, e contrario vero noxiis quoque nonnullis animalibus ejusmodi cultus exhibitus sit. Ipsum tamen crocodilum eatenus saltem utilitatem attulisse Diodorus narrat (Bibl. 1, 89.) ut praedones ex Arabia et Africa multitudine harum belluarum absterriti tranatare Nilum non facile ausi sint, Plures causas cultus animalium recenset Diodorus l. 1. et Plutarchus de Iside et Osir. Inter recentiores hac de re prae ceteris legendi sunt Moshemius ad Cudworthii systema p. 419 sqq. et Cel. Meiners in Syntagmate, cui titulum praefixit: *Bermischte philosophische Schriften, Th. 1. p. 192. sqq.*

Nat. D. 5. Vulcani compures sunt: primus Coelo natus;
 22. secundus Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant,
 ib. c. 21. quem custodem esse Aegypti volunt. Hoc Vulcano,
 Nili filio, natus Sol, cujus urbem Aegyptii volunt
 ib. c. 23. esse eam, quae Heliopolis appellatur. Minerva etiam
 ib. c. 22. orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt (¹). Mercurium
 Aegyptii Thoth appellant, qui illis leges et
 litteras tradidisse dicitur (²). Eodem nomine anni
 primus mensis apud eos vocatur.

De

(¹) Minervae, a Saitis in Agypto inferiori cultae, Aegyptium nomen Νηθ fuisse tradit Plato in Tim. p. 524.

(²) Ex his exemplis luculenter apparet, quantopere Grae-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



οἱ δὲ Σελήνην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ πασαις ταῖς προσηγορίαις ονομαζουσι. τον δὲ Οσίριν οἱ μὲν Διονυσον, οἱ δὲ Πλουτωνά, οἱ δὲ Ἀμμονά, τινες δὲ Δία, πολλοὶ δὲ Πανά, νενομικασι.

Prooem.
l. 10.

Secundum Diogenem Laertium docere Aegyptii artem (principium, ex quo ortus sit mundus) εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τεσσαρά στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι, καὶ ζῶα τινὰ ἀποτελεσθῆναι. θεοὺς δ' εἶναι ἥλιον καὶ σελήνην· τον μὲν Οσίριν, τὴν δ' Ἴσιν καλούμενην· αἰνιττεσθῆναι τε αὐτοὺς διὰ τὸ κανθαροῦ, καὶ δρακοντος, καὶ ἱερακος καὶ ἄλλων. —

Ann. 11.
14.

De hoc symbolico vel hieroglyphico scribendi genere ita Tacitus: Aegyptii primi per figuras animalium sensus mentis effingebant, et antiquissima monumenta memoriae humanae impressa saxi cernuntur.

Diod.Sic.
l. III, 4.

Diodorus Siculus de eodem scribendi genere, quod ab Aethiopibus Aegyptios accepisse credit, haec tradit: Περὶ δὲ τῶν Αἰθιοπικῶν γραμμάτων, τῶν παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενων ἱερογλυφικῶν, ῥητέον, ἵνα μηδὲν παραλείπωμεν τῶν ἀρχαιολογούμενων. συμβεβηκε τοίνυν τοὺς μὲν τυποὺς ὑπαρχειν αὐτῶν ὁμοίους ζῶοις παντοδαποῖς καὶ ἀκρωτηριοῖς ἀνθρώπων, ἐτι δ' ὀργανοῖς, καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς. — γραφοῦσι δὲ ἱεράκα καὶ κροκοδείλον, ἐτι δ' ὄφιν καὶ τὸν ἐκ τοῦ σώματος τῶν ἀνθρώπων ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα καὶ πρόσωπον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. ὁ μὲν οὖν ἱεραξ αὐτοῖς σημαίνει πάντα ὀξέως γινόμενα, διὰ τὸ ζῶον τοῦτο τῶν πτηνῶν σχεδὸν ὑπαρχειν ὀξύτατον. μεταφέρεται τε ὁ λόγος ταῖς οἰκείαις μεταφοραῖς εἰς πάντα τὰ ὀξέα καὶ ταῦτοιοῖς οἰκεία. ὁ δὲ κροκοδείλος σημαντικὸς ἐστὶ πάσης κακίας. ὁ δ' ὀφθαλμὸς δικῆς τηρητῆς καὶ παντός τοῦ σώματος φυλαξ.

Diod.Sic.
l. I. c. 73.

Sacerdotes Aegyptiorum, solos scientiae possessores, ita describunt veteres: Τῆς χώρας ἀπάσης εἰς τρία μέρη διηρημένης, τὴν μὲν πρώτην ἔχει μερίδα

μεριδα το συστημα των ιερεων, μεγαλης εντροπης τυ-
χανον παρα τοις εγχωριοις. — καθολου γαρ περι
των μεγαλων ουτοι προβουλευομενοι συνδιατριβουσι
τω βασιλει, των μεν συνεργοι, των δε εισηγηται και δι-
δασκαλοι γινομενοι. Και δια μεν της ασρολογιας και
της ιεροσκοπιας τα μελλοντα προσημαινοντες, εκ δε
των εν ταις ιεραις βιβλοις αναγεγραμμενων πραξεων
τας ωφελησαι δυναμενας παραναγιγνωσκοντες· ου γαρ
ωσπερ παρα τοις Έλλησιν, εις ανηρ η μια γυνη την
ιεροσυνην παρειληφεν, αλλα πολλοι περι τας των θε-
ων θυσιας και τιμας διατριβουσι, και τοις εγγυθις
την ομοιαν του βιου προαιρεσιν παραδιδουσιν. εισι
δε ουτοι παντων ατελεις, και δευτερευοντες μετα τον
βασιλεα ταις τε δοξαις και ταις εξουσιαις.

Οι ιερεις και φιλοσοφιαν ησκουν και ασρονομιαν,
ομιληται τε των βασιλεων ησαν.

Strabo
l. XVII.

p. 787.

Plutarch.
II. et Q. 11.

Οι δε βασιλεις απεδεικνυντο μεν εκ των Ιερεων
η των Μαχιμων, του μεν δι ανδριαν, του δε δια σοφιαν
γενους αξιωμα και τιμην εχοντες. ο δε εκ Μαχιμων
αποδεδειγμενος ευθυσ εγινετο των Ιερεων, και με-
τειχε της φιλοσοφιας επικεκρυμμενης τα πολλα μυ-
θοις και λογοις αμυδρας εμφασεις της αληθειας
και διαφασεις εχουσιν, ωσπερ αμελει και παραδηλου-
σιν αυτοι, προ των ιερων τας Σφιγγας επιεικως
ιςαντες, ως αιγιματωδη σοφιαν της θεολογιας αυτων
εχουσης. το δ' εν Σαει της Αθηνας, ην και Ισιν νομι-
ζουσιν, εδος επιγραφην ειχε τοιαυτην· ΕΓΩ ΕΙΜΙ
ΠΑΝ ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΟΝ, ΚΑΙ ΕΣΟ-
ΜΕΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΜΟΝ ΠΕΠΛΟΝ ΟΥ-
ΔΕΙΣ ΠΩ ΘΝΗΤΟΣ ΑΠΕΚΑΛΥΨΕΝ.

Haec de Aegyptiis sufficiant. Docendi sunt
pirones, in tota antiquitate nihil esse obscurius
et incertius philosophia, inprimis theologia Ae-
gyptiorum, nihilque magis et veterum et recentio-
rum contradictionibus vexatum. Alii e. g. atheis-
mum, alii verissimam unius dei religionem iis ob-

trudunt. Utrique a veritate aberrant, et in genere ea sequenda nobis ratio est, ut nec n̄m̄ium eruditioni Aegyptiacae pretium statuamus, ut a plurimis factum, nec cum aliis nimis eam despiciamus; quanquam negari nequeat, in plurimis literarum generibus Aegyptios non longe ultra prima elementa progressos esse. Inprimis temporum ratio diligenter distinguenda, quod, ut ubique, sic maxime in historia philosophiae Aegyptiacae pernecessarium est. Nec temere cuius veteri scriptori fides adhibenda in his rebus, quam eorum multi vera scire et scribere nequiverint, multi noluerint. Fidem omnium scriptorum, ex quorum sive limpidis sive turbidis fontibus Aegyptiacae philosophiae scientia vulgo hauriri solet, diligenter atque subtiliter examinat Meiners in libro germanico: *Versuch über die Religionsgeschichte der ältesten Völker.* 1775. Theologiam Aegyptiorum astronomicam optime explicavit Gatterer in *diss. de Theogonia Aegyptiorum*, et post eum Vogel in *Versuch über die Religion der alten Aegyptier.* Nürnberg. 1793.

3. P E R S A E.

Divin. I. **I**n Persis augurantur et divinant MAGI (¹), genus sapientum et doctorum, qui congregantur in fano commentandi causa atque inter se colloquendi. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui

c. 41.
Coll. cap.
23.

(1) „Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos“. Ita Apulejus. Porphyrius de abstinentia, l. 3. scribit: παρα τοις Περσαις οἱ περὶ το θειον σοφοι, και αυτου θεραποντες Μαγοι ονομαζονται· τουτο γαρ σημαίνει ὁ Μαγος.

qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit (2).

Magorum mos est, non humana corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata (3). Tuscul. I. 45.

Magis auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus. Leg 2, 10.

*De religione Persarum antiquissimorum (nam et hujus populi religio multas tempore mutationes passa est) ita scribit Herodotus: Περσας οίδα
αγαλματα και νηους και βωμους ουκ εν νομφ ποιευμε-
νους ιδρυσθαι, αλλα και τοισι ποιευσι μαωριην επιφε-
ρουσι (4), ως μεν εμοι δοκει, οτι ουκ ανθρωποφυεας
ενομισαν τους θεους, καταπερ οι Έλληνες, εικαι οι
δε νομιζουσι Δι μεν, επι τα υψηλοτατα των ουρεων
αναβαινοντες, θυσιας ερδειν, τον κυκλον παντα του
ουρανου Δια καλεοντες. θυουσι δε ηλιω τε και σεληνη
και γη και ΠΥΡΙ και υδατι και ανεμοισι. τουτοισι
μεν δη μονοισι θυουσιν αρχηθεν. επι μεμαθηκασι δε
και τη Ουρανη (5) θυειν, παρα τε Ασσυριων μαθον-
τες και Αραβιων. Καλεουσι δε Ασσυριοι την Αφροδι-
την*

(2) Hanc Magorum disciplinam Plato in Alcib. I. c. 27, ubi et ipse filiorum regionum apud Magos educationem tradit, explicat per *θεων θεραπειαν*, ut igitur non intelligenda sit magia illa *γοητικη*. Nam *την γοητικην μαγειαν ουδ' εγνωσαν*, φησιν Αριστοτελης και Δειγων. Ita Diog. Laert. l. 1. f. 8.

(3) Apud Diogenem Laert. legimus, Magos *ανοσιον ηγεισθαι πυρι θαπτειν* και *οσιον νομιζειν μητρι η θυγατρι μιγνυσθαι*. Prooem. f. 7.

(4) Templa et aras exstruentibus, Graecis e. g., stultitiam objiciunt.

(5) Veneri Uraniae Graecorum. Notetur rursus, ut et paullo ante in Jove, confusio religionis Graecae et Persicae.

την, Μυλιττα· Αραβιοι δε Αλιττα· Περσαι δε, Μιθραν (6).

L. 13. p.
732sqq.

Strabo eadem fere de religione Persarum tradit, sed auctius aliquantum. Scribit enim ita: Περσαι αγαλματα μεν και βωμους ουχ ιδρουνται· θυουσι δε εν υψηλω τοπω, τον ουρανον ηγουμενοι Διατιμωσι δε και Ηλιον, ον καλουσι Μιθραν· και Σεληνην, και Αφροδιτην, και πυρ, και γην, και ανεμους, και υδωρ. — Διαφεροντως δε τω πυρι, και τω υδατι θυουσι. — Εσι δε και Πυραιθεια, σηκοι τινες αξιολογοι· εν δε τουτοις μεσοις, βωμος, εν ω πολλη τε σκοδος, και πυρ ασβεσον φυλαττουσιν οι Μαγοι (7).

Ut accuratius cognoscatur disciplina Magorum, quae non prorsus confundenda videtur cum populari Persarum religione, alios locos afferam necesse est, spectantes inprimis ad eorum de duobus diversis bonorum atque malorum principiis simulque ad vitam et dogmata Zoroastris, celebratissimi et tamen incertissimi conditoris aut potius reformatoris Magiae. Legimus igitur apud Diogenem Laertium: Αριστοτελης φησι εν πρωτω περι φιλοσοφιας, δυο κατα Μαγους ειναι αρχας, αγαθον δαιμονα, και κακον δαιμονα· και τω μεν ονομα ειναι Ζευς και Ωρομασδης· τω δε Αδης και Αρειμανιος.

Prooem.
l. 8.

de Isid. et
Osr.c.46.

Hanc doctrinam copiosius exponit Plutarchus ita: νομιζουσι οι μεν θεους ειναι δυο, καθαπερ αντιτεχνους·

(6) Minime confundenda haec dea Mitra cum deo Mithra, quo nomine solem designabant et de quo statim sermo erit. Videtur potius dea Mitra eadem fuisse quae luna. vid. Moshemius ad Cudworth, p. 420 ed. nov.

(7) Dicendum h. l. discipulis, ignicolarum adhuc in Persia nec non in Indiae finibus, quo ex Persia olim confugerunt, reliquias aliquas sub nomine Gauro- rum aut Guebrorum inveniri.

ἔχθους τον μεν γαρ αγαθων, τον δε φαυλων δημιουργον. Οἱ δε τον μεν αμεινονα, θεον, τον δε ἕτερον δαιμονα καλουσιν· ὡσπερ Ζωροαστρις ὁ Μαγος, ὃν πεντακισχιλιοις ετεσι των Τρωϊκων γεγονεναι πρεσβυτερον ἰσορουσιν. Οὗτος ουν εκαλει τον μεν, Ζρομαζην, τον δε, Αρειμανιον· και προσαπεφαινετο, τον μεν εοικεναι φωτι μαλιστα των αισθητων, τον δε εμπαλιν σκοτω και αγνοια· μεσον δε αμφοιν τον Μιθρην ειναι. Διο και Μιθρην Περσαι τον μεσιτην ὀνομαζουσιν. — Πολλα μυθωδη περι των θεων, λεγουσι. Ὁ μεν c. 47. Ζρομαζης εκ του καθαρωτατου φαους, ὁ δε Αρειμανιος εκ του ζοφου γεγονως, πολεμουσιν αλληλοις. Και ὁ μεν ἐξ θεους εποιησε, ὁ δε τουτοις ὡσπερ αντιτεχνους ισους τον αριθμον. — Θεοπομπος δε φησι, κατα τους Μαγους ανα μερος τρισχιλια ετη τον μεν κρατειν, τον δε κρατεισθαι των θεων, αλλα δε τρισχιλια μαχεσθαι και πολεμειν και αναλυειν τα του ἕτερου τον ἕτερον. τέλος δε απολεισθαι τον Ἄδην, και τους ανθρωπους ευδαιμονας εσεσθαι.

Plinius de Zoroastre haec tradit: *Magia sine H. N. dubio orta in Perside a Zoroastre, ut inter au- l. 30, 1. ctiores convenit. Sed unus hic fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles. Hermippus scripsit, vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, ipsum vero quinque millibus annorum ante Trojanum bellum fuisse. Mirum hoc imprimis, durasse memoriam artemque tam longo aevo, commentariis non intercidentibus, praeterea nec claris nec continuis successioneibus custoditam.*

Idem alibi: Risisse eodem die, quo genitus H. N. esset, unum hominem accepimus Zoroastrem; l. 7, 16. eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futurae praesagio scientiae.

L. 11, 42 Tradunt etiam Zoroastrem in desertis caeco vixisse annos viginti, ita temperato, ut vetustatem non sentiret.

l. 1, 1. Justinus de Zoroastre ita scribit: Nino, primo regi Assyriorum, bellum cum Zoroastre rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse, et mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse (*).

4. INDI.

(8) Posteriores locos eum in finem selegi, ut viderent tirones, partim quam absurdis fabulis Zoroastris historia olim exornata fuerit, partim quam multis ea contradictionibus atque tenebris involuta sit. Omnia incerta sunt, patria (praeter Persas enim ad Chaldaeos praecipue refertur et Chaldaicae philosophiae conditor habetur), tempus, quo vixerit, (quanquam ad veritatem proxime accedunt, qui eum non ultra Darii Hytaspidae tempora assurgere putant), dogmata, immo ipsum nomen, quod diversissime scribitur. Sub illius nomine quae olim circumlata sunt scripta, quorum nonnulla adhuc fragmenta exstant, non facile quisquam sanioris criticae legibus exercitatus pro genuino Zoroastris foetu habuit. Illam vero scriptorum fatraginem, quam non multos abhinc annos ex Oriente ad nos transtulit *Anquetil du Perron*, et specioso *Zend-Avestae* titulo praefixo vulgavit, non multo majoris pretii et fidei esse, jam multi probare conati sunt; contradicentibus tamen aliis non minus doctis, inter quos in primis eminent *Cl. Tychsen* (in comment. societ. Goetting.) — Illis, quas dixi, et pluribus difficultatibus atque contradictionibus, quibus Zoroastris historia premitur, multi permoti sunt, ut plures vixisse Zoroastres statuerent, quos aevo et patria discriminarent. Nec tamen idem omnibus numerus. Sed de Zoroastre legendus omnino, qui omnia et veterum et recentiorum testimonia diligenter collegit et subtiliter, ut solet, dijudicavit, *Cel. Meiners* in *Commentar. Societ. Goetting.*, et post eum ibidem *Cl. Tychsen*.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



εας καλεῖν εἰωθᾶσθαι Ἕλληνας. Τῶν δὲ δυο αἵρεσεις, ὧν τῆς μὲν Βραχμανες προΐσανται, τῆς δὲ Σαμαναίωφ.

Strom. I.
p. 359.
ed. Poit.

Hanc Indicorum philosophorum divisionem ita confirmat Clemens Alexandrinus: Γυμνοσοφιστῶν διττον γένος· οἱ μὲν, Σαρμαναί (3), οἱ δὲ, Βραχμαναί καλούμενοι. Καὶ τῶν Σαρμανῶν οἱ Ἰλοβιοὶ (4) προσαγορευόμενοι οὔτε πόλεις οἰκοῦσιν, οὔτε σέγας ἔχουσιν, δένδρων δὲ ἀμφιεννύνται φλοιοῖς, καὶ ἀκροδρύα σιτοῦνται, καὶ ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσιν. Εἰσὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν οἱ τοῖς Βουττα (5) πειθόμενοι παραγγελμασί, ὃν δὲ ὑπερβολὴν σεμνοτήτος ὡς θεοῦ τιμηκάσι. Μεγασθένης (6) γράφει· Ἄπαντα μὲντοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεται καὶ παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμανῶν. — Οὗτοι οὔτε ἐμψυχὸν ἐσθίουσιν (7), ἕτε οἶνον πίνουσιν. Καταφρονεῖσι δὲ θανάτῳ, πειθόνται γὰρ εἶναι πάμηνεσιαν.

Strom. 3.
p. 538.

Indorum quoque philosophiae atque religionis origines densissimis contradictionum et fabularum tenebris obvolutae sunt. Ante Alexandri aetatem nullae inter

centes ab antiquissimis inde temporibus etiam nunc in India deprehenditur.

(3) Sarmanes iidem sine dubio, qui Porphyrio et aliis Samanaei dicuntur. A Strabone l. 15. Germanes vocantur, nisi forte et huic Sarmanes restituendi.

(4) Ἰλοβιοὶ, silvicolae. Ita certissime cum Strabone l. 15. legendum pro ἀλλοβιοὶ. Inveniuntur adhuc in India ejusmodi philosophi in silvis degentes et Talapoini vocantur.

(5) Hunc Buttam s. Buddam a Siamensium Sommona-Codom, a Sinenisum Fō et Che-Kia, a Japonensium denique Budda, a quo inter eos Budsoistarum secta descendit, diversum non esse, conjecerunt nonnulli.

(6) Megasthenes non ita multo post Alexandrum M. vixit. Ex illius Indiae descriptione multa servavit Strabo l. 15., sed fuit scriptor mendacissimus et ad absurdissima quaeque fingenda propensus.

(7) ἀπεχόνται σαρκοφαγίας πάσης. Ita Stephanus Byzant. in v. Βραχμ.

inter eos litterae subtiliorve philosophia exstitisse videtur. Hujus tamen regis expeditionibus ejusque ad erudiendas Indiae gentes collatis studiis Graecarum litterarum semina, ut per ceteras Asiae gentes ita inprimis per Indos sparsa sunt, ut mirandum non sit recentiori aevo inter Indorum atque Graecorum placita singularem sane concentum esse deprehensum. Fuerunt quidem multi, qui non Indorum disciplinam ex Graecia, sed Graecorum litteras ex India derivarent; sed Brachmanum doctrinam peregrinae multoque serioris, quam ipsi gloriantur, originis esse, multis argumentis probari potest. Recentiores Brachmanes vel Bramines divinam libri cujusdam auctoritatem agnoscunt, quem Viedam vel Vedam appellant, et antiquissimis temporibus a numine quodam Bramah sibi traditum esse fabulantur. Hic liber prisca quadam sed prorsus fere extincta lingua, cui Shanscritae nomen, conscriptus est.

5. PHOENICES.

Phoenices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum supportaverunt in Graeciam

Fragm.
ed. Ern.
p. 1079.

Gens Phoenicum in magna gloria litterarum inventionis, et siderum, navaliumque ac bellicarum artium. Litteras in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum volunt.

Plin. H.
N. I. 5, 12
et 7, 56.

Hinc Lucanus cecinit (l. 3. v. 220.):

Phoenices primi (famae si credimus) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Non omnino consentit Tacitus: Aegyptii litterarum semet inventores perhibent; inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae,

14.

gloriamque adeptos, tanquam repererant: Quippe fama est, Cadmum, classe Phoenicum vectum, rudibus adhuc Graecorum populis artis ejus auctorem fuisse.

L. 16. p. 757. *De Sidoniis, Phoenicum civitate, ita scribit Strabo: Σιδωνιοι πολυτεχνοι παραδεδονται και καλλιτεχνοι, προς δε, και φιλοσοφοι, περι τε αστρονομιαν και αριθμητικην. εμπορικον γαρ και ναυκληρικον εκατερον. Ει δε δει Ποσειδονιω πισευσαι, και το περι των ατομων δογμα*) παλαιον εστιν ανδρος Σιδονιου Μουχου προ των Τρωικων χρονων γεγονοτος.*

Philosophiae Phoeniciae nullum exstat monumentum; praeter cosmogonica fragmenta quaedam Sanchuniathonis, in Graecam linguam translata a Philone Byblio quodam, quem Adriani demum imperatoris tempore vixisse credunt. Sed haec Sanchuniathonis scripta, quorum fragmenta servavit in primis Eusebius, spuria esse multis argumentis probabile est. Quin immo dubitarunt nonnulli, an unquam vixerit Sanchuniathon aliquis, qui quum nulli veterum visus lectusve sit, a Philone isto ipsis confictus esse videtur.

6. ARABES ALIIQUE ASIAE POPULI.

Divin. 1, 41. **P**hryges, et Pisidae, et Cilices, et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant. c. 42. *Nam quod pastu pecudum maxime utuntur, campos et montes hieme et aestate peragrantes, propterea facilius cantus avium et volatus notaverunt. Tum Caria tota praecipueque Telmesses (etenim Telnessi in Caria excellit haruspicum disciplina c. 41.),*

*) Quod dogma in Graecia Democritus et in primis Epicurus amplexi sunt.

41.), quod agros uberrimos maximeque fertiles incolunt, in quibus multa propter foecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animadvertendis diligentes fuerunt.

Ante Muhammedis tempora viguit in Arabia Sabianismus, vel, ut alii scribunt, Zabiorum doctrina, ad cultum astrorum praecipue spectans, et ex Chaldaismo inprimis ortus: Illius tamen origo tenebris premitur. Vestigia quaedam antiquissimae Arabum philosophiae occurrunt in libro Jobi et in historia reginae Arabicae, quae Salomonem visura in Palaestinam profecta est. Medio autem aevo nulla gens magis inclaruit Philosophiae a Graecis acceptae studio quam Arabes.

7. CELTAE.

Celtarum nomine inprimis Galliae antiquissimi incolae comprehenduntur; nec tamen propter crebras eorum emigrationes mirandum, latius id nomen patere, ita ut et in Germania, Hispania, Britannia, quin etiam in ipsis septentrionalibus Europae partibus, ubi prima eorum origo quaerenda esse videtur, Celtarum sedes inveniantur.

Quis ignorat, Gallos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandum? Orat. pro Fonte]. c. 10.

De Druidis, Celtarum sacerdotibus iisdemque philosophis, ita loquitur Q. Cicero, M. frater:

In Gallia Druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Aeduum cognovi, qui et naturae rationem, quam physiologiam Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis partim conjectura, quae essent futura, dicebat. Divin. 1. 41.

Horum disciplina et instituta ut accuratius pernoscantur, adjiciam nonnulla ex aliis scriptoribus.

*Id tamen tenendum, multa esse incerta, quae de
Celtarum philosophia ac religione Graeci veteres
atque Latini nobis tradiderint, rumoribus magis
freti quam diligenti investigatione.*

Pompon.
Mela. l. 3.
c. 2.

Galli habent magistros sapientiae Druidas. Hi terrae mundique magnitudinem et formam, motus coeli ac siderum, ac quid dii velint, scite profitentur. Docent multa nobilissimos gentis clam et diu vicenis annis in specu aut in abditis saltibus. Unum ex iis, quae praecipunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus olim.

Strabo.
IV. p. 197.

Παρ' ἅπασιν τρία φύλα των τιμωμένων διαφερόντως εσι· Βαρδοι τε, και Ουατεις (vates) και Δρυϊδαι· Βαρδοι μεν ὕμνηται και ποιηται· Ουατεις δε ἱεροποιοι και φυσιολογοι· Δρυϊδαι δε προς τη φυσιολογια και την ηθικην φιλοσοφίαν ασκουσι· δικαιοτατοι δε νομιζονται, και δια τουτο πιζενονται τας τε ιδιωτικας κρισεις και τας κοινας. Αφθαρτους δε λεγουσι και οὔτοι και αλλοι τας ψυχας και τον κοσμον· επικρατησειν δε ποτε και πυρ και ὕδωρ.

Omnium accuratissime Druidarum instituta describit Jul. Caesar, qui, multos annos in illis regionibus commoratus, prae ceteris fidem meretur, quamquam et ipse rumorum interdum vanitate deceptus.

Bell. Gall.
l. 6, 13.

Druides rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque ii sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis, publicis privatisque, constituunt, et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, si de finibus controversia est, iidem decernunt;

prae-

praemia poenasque constituunt; si quis aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit. At, si sunt plures pares, suffragio Druidum allegitur. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo, discendi causa, profiscuntur.

Druides a bello abesse consueverunt, neque c. 14. tributa una cum reliquis pendunt; militiae vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt, et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum, versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicosos in disciplina permanent, neque fas esse existimant, ea litteris mandare, quum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis utantur litteris (1).

B 3

insti-

(1) Litteras Graecas acceperant a Massiliensibus, Graeca colonia deducta ex Ioniae urbe Phocaëa. Saepius in historia Gallorum litterarum Graecarum mentio fit, quod duplici modo intelligi potest, aut de solis Graecarum litterarum formis, aut de ipso Graecorum sermone. Posteriores interpretationem et hic et alibi l. 1, 29 amplectitur nuperrimus Caesaris editor, *Morus*, eamque ingeniose defendit. Priorem tamen plu-
res

instituisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferri velint, neque eos, qui discant, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios (2):
atque

res tuentur, nec diffiteor, me quoque ab eorum partibus stare, quum mihi haud verisimile sit, ipsam Graecorum linguam ad indoctos Gallos ita transisse, ut ea, spreto populari sermone, in omnibus negotiis uterentur; e contrario verisimillimum, Gallos non minus quam alias incultas gentes caruisse arte scribendi, donec, utilitatem illius edocti, acciperent eam a Graecis Massiliae incolis. Docet autem et aliarum gentium historia, fieri solere, ut, quae gens hanc artem aliunde acceperit, ejus ipsius populi, a quo didicit, characteres et litterarum formas ad suam linguam transferat. Ita et Galli transtulere graecos characteres ad ea negotia, quae sola fere apud eos scribendi arte indigerent, nempe ad pactorum et rerum contractarum formulas. Has enim teste Strabone (l. IV. p. 273) a Massiliensibus didicerunt *ἑλληνιστὶ* scribere. Ambigua quidem et haec Strabonis vox est. Sed cur ad formulas illas graecis characteribus uterentur, quum antea ipsi aut nullos aut rudissimos sane haberent, video: cur ipsa Graecorum lingua nullis aut paucis certe intellecta, non video; praesertim quum ad talia scribenda vel pauperrima lingua satis copiosa sit, et vulgaris certe linguae Graecae notitia tollatur duobus ab ipso Moro allatis Caesaris locis. l. 19. V, 48. Ceterum non in sola arte scribendi substiterunt Massiliensium de Gallis merita. Ab illis enim, ut scribit Justinus l. 43. c. 4. „et ulum vitae cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus, et urbes moenibus cingere didicerunt.“

(2) Docebant itaque Metempsychosin; quod dogma a Pythagora ad eos pervenisse, ut tradiderunt nonnulli neutiquam verisimile est. vid. *Morus* ad h. l.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



8. SCYTHAE ET GETAE.

Scythae ab antiquis scriptoribus magis ob justitiam vitaeque integritatem celebrantur quam ob philosophiam, quae in gente nomadica eaque prorsus rudi atque inculta locum habere nequit. Magni tamen nominis est Anacharsis Scythes, qui in Graeciam profectus Graecorum instituta et litteras addidit, postea autem in patriam reversus a popularibus, peregrinos mores exosis, interfectus est. De hoc viro, sapiente tamen potius quam philosopho ita Cicero:

Tusc. 5,
32.

An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt? Illius epistola fertur his verbis: „Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegimen (1); calciamentum, solorum (2) callum; cubile terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne, vescor. Quare ut ad quietum me licet venias: munera autem ista quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona.“

L. 4, 94. De Getis scribit Herodotus: Γετῆαι Θρητικῶν εὐνοῦντες ἀνδρειοτάτοι καὶ δικαιοτάτοι ἀθανατίζουσι (3) τὸνδε τὸν τρόπον· οὐτε ἀποθνήσκουσιν ἐωὐτοὺς νομίζουσι, ἵεναι τε τὸν ἀπολλυμένον παρὰ Ζαμολξίν δαίμονα.

L. 7.
P. 297. De hoc Zamolxide, Getarum Scytharumque philosopho primum, tandem deo, haec tradit Strabo: Λέγεται τινὰ τῶν Γετῶν, ὄνομα Ζαμολξίν, δουλεύουσαι

(1) Justinus l. 2. c. 2. de Scythiis scribit: Lanæ iis usus ac vestium ignotus, quamquam continuis frigoribus urantur; pellibus tamen ferinis utantur.

(2) Solum h. l. pedis planta.

(3) ἀθανατίζου h. l. est immortalitatem credere.

Flor. 2. versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione. Eum Pythagoras magistrum coluit, et infandi morbi putredine in serpentium (3) scabiem solutum religiose humavit.

PYTHA-

(1) Plura ei vaticinia tribuuntur apud Diog. Laërtium, l. 1. f. 116.

(2) i. e. regnante Servio Tullio. Cetera hujus philosophi dogmata, cosmogonica praecipue, obscurissima sunt, et allegoriis involuta.

(3) i. e. morbo pediculari periit. Nam serpentina h. l. vermes sunt, ut et apud Plin. l. 7. c. 51. Plurimi certe testantur, phthiriasi eum consumtum esse, quamquam et aliae eaeque admodum diversae de illius morte narrationes existunt. vid. Diog. L. 1, 118. et Plut. in Pelop.

PYTHAGORAS

Tulc. 1, 16 **P**herocydis opinionem de immortalitate discipulus ejus Pythagoras maxime confirmavit: qui, quum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit Magnam illam Graeciam, quum honore disciplinae, tum etiam auctoritate, multaque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur.

Justin.
20, 4

Pythagoras philosophus, Sami Demarato *) lae-
cuplete negotiatore natus, magnisque sapientiae
incrementis formatus, Aegyptum primo, mox
Babyloniā ad perdiscendos siderum motus ori-
ginemque mundi spectandam profectus summam
scientiam consecutus erat. Inde regressus Cre-
tam et Lacedaemona, ad cognoscendas Minois et
Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contenderat.
Quibus omnibus instructus Crotonam venit, po-
pulumque in luxuriam lapsū auctoritate sua ad
usum frugalitatis revocavit. Laudabat quotidie
virtutem; vitia luxuriae casusque civitatum ea
peste perditarum: enumerabat: tantumque stu-
dium multitudinis ad frugalitatem provocavit, ut
aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur.
Matronarum quoque separatam a viris doctrinam
et puerorum a parentibus frequenter habuit. Do-
cebat

Ceterum de vita et doctrina hujus philosophi consu-
lendus imprimis est Cel. Tiedemann in libro germ. de
primis Graeciae philosophis. Lips. 1780.

*) Diog. L. 8, 1. *Ιταλικής φιλοσοφίας ηγήσε Πυθαγόρας Μνη-
σαρχου δακτυλιογλυφου, ως φησιν Έρμπαπος η, ως Αριστο-
ξενος, Τυρρηνος, απο μιας των νησων, ως κατεαχον Αθη-
ναιοι Τυρρηνους εκβαλοντες ενιοι δε, υιον μεν ειναι Μαρ-
μακου οικειν δε εν Σαμω τον Μαρμακον, οθεν Σαμιον τον
Πυθαγοραν λεγεσθαι. Solus Justinus patrem Pythag.
Demaratum vocat. In Maesarcho plurimi congruunt
antiqui scriptores. vid. Cel. Tiedemann p. 215.*

cebat nunc has pudicitiam et obsequia in viros; nunc illos modestiam et litterarum studium. Inter haec velut genitricem virtutum, frugalitatem omnibus, ingerebat; consecutusque disputationum assiduitate erat, ut matronae auratas vestes, ceteraque dignitatis suae ornamenta velut instrumenta luxuriae deponerent, eaque omnia delata in Junonis aedem ipsi deae consecrarent, prae se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. In juventute quoque quantum profligatum sit, victi feminarum contumaces animi manifestant. Sed CCC ex juvenibus quum sodalitiis juris sacramento quodam nexi separatam a ceteris civibus vitam exercerent, quasi coetum clandestinae conjurationis haberent, civitatem in se converterunt, quae eos, quum in unam domum convenissent, cremare voluit. In quo tumultu LX ferme periere, ceteri in exilium profecti. Pythagoras autem quum annos XX Crotonae egisset, Metapontum migravit ibique decessit; cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro deo colerent.

Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum Fin. 5, 29.
magos adiit; *multas* regiones barbarorum pedibus
obiit, *multa* maria transmisit.

Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem qui Tusc. 4, 1.
bus L. Brutus patriam liberavit. Pythagorae autem
doctrina, quum longe lateque flueret, permanavisse
mihi videtur in Nostram civitatem; idque quum con-
jectura probabile est, tum quibusdam etiam vesti-
giis indicatur. Quis enim est, qui putet, quum flo-
reret in Italia Graecia, potentissimis et maximis ur-
bibus, ea, quae Magna dicta est; in hisque primum
ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum
tantum nomen esset; nostrorum hominum ad eo-
rum doctissimas voces aures clausas fuisse? Quin

etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam quum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent; regisque ejus aequitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem; eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem crediderunt fuisse.

Tult. 5, 3.

Ante Pythagoram omnes, qui in rerum contemplatione studia ponebant, Sapientes et habebantur et nominabantur: idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem: quem; uti scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides ⁽¹⁾, vir doctus in primis, Phliuntem ⁽²⁾ ferunt venisse, cumque Leonte, principe Phliasiorum, docte et copiose differuisse quaedam. Cujus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon; quaesivisse ex eo, qua maxime arte consideret. At illum, artem quidem se scire nullam, sed esse Philosophum. Admiratum Leontem novitatem nominis quaesivisse, quinam essent Philosophi, et quid inter eos et reliquos inter esset. Pythagoram autem respondisse: „Similem sibi videri

- (1) Huic Heraclidi tamen plurimae portentosae fabulae de Pythagora debentur, quas deinde exscripserunt et auxerunt seriores scriptores, Diogenes Laertius (ut l. 8. c. 4), et in primis Porphyrius atque Iamblichus. Nusquam enim magis quam in historia Pythagorae caute incedendum, ne cuivis scriptori fidem adhibeamus, eaque ratione ineptissimas fabulas, quibus stolidi quidam Pythagorae admiratores olim illius historiam exornarunt, nobis persuaderi patiamur. Fidem omnium sive superstitum sive deperditorum scriptorum, quibus Pythagorae notitiam debemus, praecipue Heraclidis Pontici, quem ipse Cicero alio loco (Nat. d. 1. 13.) puerilibus fabulis libros referuisse scribit, subtiliter examinat doctiss. Meiners de vero Deo p. 268 sqq et in *Geschichte der Wissen. Kasten in Griechenland*, B. I. S. 179 seq.
- (2) Phlius, urbs Peloponnesi.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



δρα, και ὁποῖός ην συνιδῶν ἐκ τῶν σημείων, ἃ δια
 του σώματος ἐθῆρα τῶν προσιοντῶν, ἀπιεναι ἐκέλευσε
 και τα ἑαυτου πραττειν. Τοῦτο τον Κυλωνα ου με-
 τριως ἐλυπησεν, ὡσπέρ ὑβρισμενον και τα ἄλλα χαλε-
 πον οντα και οργῆς ακρατη. Συναγαγων ουν τους φι-
 λους διεβαλλε τον Πυθαγορα και παροσκευαζεν ὡς
 ἐπιβουλευειν αὐτῷ τε και τοις γνωριμοις. Τουγτευθεν
 δ' — οἱ μεν φασι τῶν ἑταίρων του Πυθαγορου συν-
 ηγμενων ἐν τη Μιλωνος οικιας του ἀθλητου παντας
 πανταχη ἐνεπρησαν, αὐτου τε κατελευσαν. Δικαιαρ-
 χος δε και οἱ ακριβεσεροι και τον Πυθαγορα φασι
 παρειναι τη ἐπιβουλή, και εἰς Μεταποντιον ἐλθειν.
 πανταχου γάρ ἐγενοντο μεγαλαι ζασεις. Ἐν δε τη πε-
 ρι Μεταποντιον και Πυθαγορα αυτον λεγουσι τελευ-
 τησαι, καταφυγοντα ἐπι το Μουσῶν ἱερον, σπανει
 των αναγκαιων τεσσαρακοντά ἡμερας διαμειναντα.

Divin.
 4, 3.
 ib. 2, 58.

Divinationi magnam auctoritatem Pythagoras
 tribuit, qui etiam ipse augur vellet esse. Hinc etiam,
 quo in somnis certiora videamus, praeparatos quo-
 dam cultu atque victu proficisci ad dormiendum
 jubet.

Nat. d.
 3, 36.

Pythagoras, quum in Geometria quiddam novi
 invenisset (3), Musis bovem immolasse dicitur; sed
 id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini qui-
 dem Delio hostiam immolare voluit, ne aram san-
 guine respergeret (4).

Nat. d.
 1, 11.

Pythagoras, qui censuit, deum animum esse per na-
 turam rerum omnem intentum et commeantem (5),

ex

(3) Εὐρων ὅτι του ορθογωνιου τριγωνου ἡ ὑποτείνουσα
 ἴσον δυναται ταις παρεχουσαις. Plut. Sympot. 8. 2.

(4) Memoria lapsus dicitur Cicero, quum res a multis
 aliis sic tradatur, eum aram Apollinis in Delo adoras-
 se, quod in ea nullae victimae cruentae fierent. Sic
 e. g. Diog. L. 1. 8, 13. βωμον προσκνησαι μονον ἐν Δη-
 λῳ του Απολλωνος, δια το πυραυς και κριθας, και τα
 ποπανα μονα τιθεσθαι ἐπ' αὐτου ἀνευ πυρος, ἱερειον δε
 μηθεν.

(5) Lactant. div. inst. 1, 5. Pythagoras ita definiuit
 quid

ex qua nostri animi carperentur, non vidit, distractione humanorum animorum discerpi et lacerari Deum: et quum miseri animi essent (quod plerisque contingeret) tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest. Cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus aut infusus esset in mundo?

Ad harmoniam canere mundum, Pythagoras Nat. d. 3, 11. existimat.

Pythagoras primum, deinde Plato, animum in Tusc. 4, 5. duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participem rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam: in illa altera motus turbidos tum irae, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi.

Vetat Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Senect. c. 20. Dei, de praesidio et statione vitae decedere. Ab eodem doctissimo viro bene dictum est, tum maxime Leg. 2, 11. et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus.

Pythagoras omnium inter omnia cognationem Seneca Ep. 108. esse dicebat, et animorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla, si illi credas, anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum vices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem revertatur: interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, quum possint in parentis animam inscii incurrere, et ferro morsive violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur.

D 4

Py-

quid esset Deus: Animus per universas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, quo omnia, quae nascuntur, animalia vitam capiunt.

Off. 1, 17. Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. Unde est illa Pythagorae vox:

Leg. 1, 12. τα των φιλων κοινα, και φιλιαν ισοτητα.

Nat. 1, 26. Pythagoras celare solebat alienos (6).

Gellius 1, 1, c. 9. Ordo atque ratio Pythagorae, ac deinceps familiae successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur. Jam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, εφυσιογνωμονει. Id verbum significat, mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Tum, qui exceptus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat, et tempus certum tacere, non omnes idem, sed alios aliud tempus pro aestimato captu sollertiae. Is autem qui tacebat, quae dicebantur ab aliis audiebat; neque percontari, si parum intellexerat, neque commentari, quae audierat, fas erat. Sed non minus quisquam tacuit quam biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ακουσικοι; ast, ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque

(6) Hac pertinet etiam discipulorum in exotericos et esotericos divisio. *Meiners* V. C. censet (de vero Deo p. 286) ista disciplinae arcana fuisse secreta consilia; quae ad negotia publica, ad civitatum statum vel confirmandum vel immutandum, denique ad antiquas leges abrogandas sive novas etiam condendas pertinuerint. Vulgaris opinio est, arcana ista spectasse ad Physicam atque Theologiam. Sed utrumque conjungi debet, quum constet, esotericorum discipulorum Pythagorae tres fuisse classes, φυσικους (qui etiam σεβασικοι vocabantur) μαθηματικους et πολιτικους. Ultimos enim hosce, non ad Exotericos, cum Schef-fero, sed ad Esotericos esse referendos, post Bruckerum satis luculenter demonstravit Cl. *Tiedemann* de primis Graeciae philosophis p. 300.

que esse jam coeperant silentio eruditi, cui erat nomen *εχεμνεία*, tum verba facere et quaerere, quaeque audissent scribere, et quae ipsi opinarentur, expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore *μαθηματικοί*, ab his scilicet artibus, quas jam discere atque meditari, inceptaverant; quoniam Geometriam et Gnomonicam, Musicam ceterasque item disciplinas altiores *μαθηματα* veteres Graeci appellabant. Exinde his scientiae studiis ornati ad perspicienda mundi opera et principia naturae procedebant; ac tunc denique nominabantur *φυσικοί*. — Id. quoque non praeter eundem est, quod omnes simul, qui a Pythagora in cohortem illam discipulorum recepti erant, quod quisque familiae pecuniaeque habebat, in medium dabant; et coibatur societas inseparabilis.

PYTHAGOREI.

Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, de Orat. quum erat in hac gente Magna illa Graecia; ex quo 2, 36. etiam quidam Numam Pompilium, regem nostrum, fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras.

Ενιοι των Πυθαγορειων ησαν πολιτικοι και αρ- Iamblich. χικοι. και γαρ νομους εφυλαττον, και πολεις Ιτα- 129. λικας διωκησαν τινες, αποφαινομενοι μεν και συμβουλευοντες τα αριστα, ων υπελαμβανον, απεχομενοι δε δημοσιων προσοδων. πολλων δε γυγνωμενων κατ' αυτων, διαβολων, ομως επεκρατει μεχρι τινος η των Πυθαγορειων καλοκαγαθια και η των πολεων αυτων βουλησις, ως υπ' εκεινων οικονομεισθαι βουλεσθαι τα περι της πολιτειας. εν τουτω δε τω χρονω δοκουσιν αι καλλισαι των πολιτειων εν Ιταλια γενεσθαι και εν Σικελια.

Carminibus soliti illi esse dicuntur et praecepta Tusc. 4, 2. quaedam occultius tradere, et mentes suas a cogita-

tionum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere.

Fragm.
p. 1100.

Quum vinolenti adolescentes, tiliarum etiam cantu, ut sit, instincti mulieris pudicas fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. Quod quum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate cantus, illorum furentem petulantiam resedisse.

Divin. 1,
30.

Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam.

ib. 2, 58. Et utique abstinere faba, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur. Sed nescio quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum,

Diog L.
8, 21.

Ὁ Ἀριστοξένος φησὶ πάντα μὲν τὰ ἀλλὰ συγχωρεῖν Πυθαγόραν εσθιεῖν ἐμψυχα, μόνων δὲ αὐτὸν ἀπεχεσθαι ἀροτήρος βοῦς καὶ κρίου.

Apud Iamblichum (85) inter alia dogmata Pythagorica affertur etiam hoc. Eis μονα τῶν ζῶων οὐκ εἰσερχεται ἀνθρώπου ψυχή, ἃ θεμῆς ἐσὶ τυθῆναι. δια τούτο τῶν θυσίμων χρῆ εσθιεῖν μόνον, οἷς ἀν τῷ εσθιεῖν καθήκη.

Iambl.
25 (108)

Πυθαγόρας τῶν Πολιτικῶν (vid. p. 56. not. 6.) τοῖς νομοθεταῖς προσεταξεν ἀπεχεσθαι τῶν ἐμψυχῶν. Τοῖς μὲντοι ἄλλοις ἐπέτρεπε τινῶν ζῶων ἀπτεσθαι, ὅσοις ὁ βίος μὴ πανυ ἢ ἐπκεκαθαρομένος, καὶ ἱερός καὶ φιλοσοφός.

ib. 227.

Τὰ κυριώτατα τῶν δογματῶν, ἀπορρητὰ ἐν ἑαυτοῖς διεφυλαττον ἅπαντες (Πυθαγαρείοι) αἰε, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνεκφορα διατηροῦντες, καὶ ἀγραφῶς ἐν μνήμῃ τοῖς διαδοχοῖς ὡσπερ μυσῆρια θεῶν μεταπαράδιδοντες. Διὸ περ οὐδεὶς ἐξεφοίτησε τῶν λόγου ἀξίων. ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων, καὶ, ὡς εἰπεῖν, βεβηλῶν, δια συμβόλων ἀλλήλοισι οἱ ἀνδρες ἠνέττοντο, ὧν ἴχνος ἐσὶ νῦν, ἃ περιφέρονται τὰ θυλλομένα.

μενα· οίον; πυρ μαχαίρη μη σκαλευε [μη καρδιαν εσθειν, μηδ' επι χοινικος καθεξεσθαι, τας δε λεωφορους μη βαδιζειν, μηδε χελιδνας εν οικiais δεχεσθαι vid. Porphyg. 42.] και τα τοιαυτα συμβολα, απερ ψιλη μεν τη φρασει γραωδεσιν υποθηκαις εοικε· διαπτυσσομενα δε θαυμασην τινα ωφελειαν παρεχεται τοις μεταλαβουσι.

Non probare soleo id, quod de Pythagoreis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, quum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos: Ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio praejudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas.

Nat. d.
1, 5.

Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus.

Senect.
c. 21.

Pythagorei ex numeris et Mathematicorum initiis (1) proficisci volunt omnia.

Acad.
2, 37.

Ad Pythagoricae hujus de numeris doctrinae, si non clariorem, accuratationem tamen notitiam comparandam, haud inutile erit addere nonnullos Sexti Empirici et Aristotelis locos. Prior itaque, ita scribit:

Οί απο των Πυθαγορου στοιχεια του κοσμου τους αριθμους ειναι λεγουσι. φασι γουν, οτι τα φαινομενα εκ τινος συνεσηκεν· απλα δε ειναι· δει τα στοιχεια, αδηλα (i. e. μη φαινομενα visui non subjecta) αρα εσι τα στοιχεια. των δε αδηλων τα μεν εσι σωματα, ως οι ατμοι· τα δε ασωματα, ως αριθμοι. ων τα μεν σωματα

Pythag. H.
1. 3. c. 18.

εσι

(1) *Initiis* i. e. elementis, punctis puta et lineis. Docerant prima Pythagorei, αρχην των απαντων μοναδα· εκ δε της μοναδος δυαδα· εκ δε της μοναδος και της δυαδος τους αριθμους· εκ δε των αριθμων τα σημεια (puncta) εκ δε τουτων τας γραμμας· εξ ων τα επιπεδα σχηματα· εκ δε τουτων τα στερεα σωματα. Ita Diog. Laert. 1. 8, 25.

εσι συνδετα, εκ τε μηκους και πλατους και βαθους·
ου μονον αρα αδηλα, αλλα και ασωματα εσι τα στοιχεια.

Id. advers.
Math.
IV, 2.

Πυθαγορικοι μεγαλην απονεμουσι δυναμιν τοις
αριθμοις· ὅθεν και αει επεφωνουν,

Τῷ αριθμῷ δε τα παντ' επεικεν,
ομνυοντες ου μονον τον αριθμον, αλλα και τον ὑπο-
δειξαντα αυτοις τουτον, Πυθαγοραν, ὡς θεον, δια
την εν Αριθμητικῇ δυναμιν, λεγοντες·

Ου μα τον ἀμετερα ψυχα παραδοντα τετρακτυν,
Πηγην, αενναου φυσεως ριζωματ' εχουσαν.

Τετρακτυς δε προσηγερετο παρ' αυτοις ὁ εκ των
πρωτων αριθμων συγκειμενος τεσσαρων αριθμος (2):
ἐν γαρ και δυο και τρια και τεσσαρα γινεται δεκα·
ὅς εσι τελειοτατος αριθμος· επειπερ επ' αυτον φθα-
σαντες παλιν αναλυομεν επι την μοναδα, και εξ
ὑπαρχης ποιουμεθα τας αριθμησεις. Πηγην δε
αενναου φυσεως ριζωματ' εχουσαν ειρηκασιν αυτον

p. 154. δια το κατ' αυτους εν αυτω τον λογον της ἀπαντων
κεισθαι συζασεως, και παροσον κατ' αυτους ὁ συμπας

p. 426. κοσμος κατα ἁρμονιαν διοικεεται. — φασι δε, εν ταις
αρχαις ταυταις τον μεν του δρωντος αιτιου λογον
επεχειν την μοναδα· τον δε της πασχουσης ὑλης την
δυαδα.

Aristot.
Metaph.
1, 5.

Πυθαγορειοι των μαθηματων ἀψαμενοι πρωτον,
ταυτα προηγον, και, εντραφεντες εν' αυτοις, τας τουτων
αρχας

(2) Si igitur celebratissima ista Tetractys complexus
quatuor priorum numerorum fuit, graviter errarunt
veterum et recentiorum plurimi, qui eam quaternarium
numerum esse crederent, et cum Tetrade con-
funderent. Sic jam Macrobius (in Somn. Scip. l.
1.): numerum quaternarium Pythagoræ, quem τετρακ-
τυν vocant, adeo quasi ad perfectionem animæ per-
tinentem inter arcana venerantur, ut ex eo et juris-
jurandi religionem sibi fecerint. Ceterum ipsum il-
lud jusjurandum non omnes cum Sexto Empirico
interpretantur. Hæc enim quum ὁ παραδους τετρα-
κτυς sit Pythagoras, alii potius ipsum deum intel-
ligunt, qui Tetractyn animo nostro inseruerit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



egestate et poetica magis quam philosophica facultate coacti, omnes ante Pythagoram philosophi, imprimis praceptor ejus Pherecydes, usi erant, immo post eum etiam utebantur nonnulli ut e. g. Heraclitus. Ceterum fuerunt, qui non male forsitan cum Pythagorae numeris conferri posse existimarent Leibnitii monadas; nec tamen negari potest, Pythagoreos multo obscurius, minusque accurate obfermonis philosophici defectum locutos esse; quo accedit, quod non ab omnibus Pythagoreis ipsius Pythagorae doctrinam satis intellectam esse certissimum est.

Ut emerfa tandem ex his numerorum salebris recreetur, rursus mens, age audiamus Ciceronem narrantem egregium amicitiae Pythagoricae exemplum. Mutuam enim amicitiam ab affectis hujus sectae religiose cultam esse, satis constat.

Off. 3, 10. Damonem et Phintiam, Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter ejus sistendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent.

Senect. 11. Pythagoreorum more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.

Iambl. 165.

Οἱ Πυθαγορεῖοι ἐτιμῶν σφοδρὰ τὴν μνήμην, καὶ πολλὴν αὐτῆς ἐποιοῦντο γυμνασίαν τε καὶ ἐπιμελείαν, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν λεγομένων ἀναμνησιν τοῦδε τοῦ τροποῦ. Πυθαγορεῖος ἀνὴρ οὐ πρότερον ἐκ τῆς κοιτῆς ἀνίστατο ἢ τὰ χεῖρες γενόμενα πρότερον ἀναμνησθεῖν. ἐποιεῖτο δὲ τὴν ἀναμνησιν τοῦδε τοῦ τροποῦ, ἐπειράτο ἀναλαμβάνειν τὴν διανοίαν, τί πρῶτον εἶπεν, ἢ ἤκουσεν ἢ προσεταξέ τοις ἔνδοξον, ἀνάσας, ἢ τί δευτερόν ἢ τί τρίτον,
καὶ

και περι των εσομένων ὁ αὐτος λογος· και πολλῶν αυ
 ἐξῶν, τινι πρωτῶ εκετυχεν, η̄ τινι δευτερω, και λογοσ
 τινεσ ελεχθησαν πρωτοι η̄ δευτεροι η̄ τριτοε· παντα δε
 επειρατο ανακαμβαινει τη διανοια, τα σφραβαντα εν ὄλη
 τη ἡμερα, οὕτω τη ταξει προθυμουμενοσ αναμεινωσκε-
 σθαι, ὡσπερ συνεβη γενεσθαι ἕκασον αυτων;

Προ μεν ουν του ὑπνου ταυτα εαυτω τα επη
 εἴπαδει ἕκασοσ.

Μηδ' ὑπνον μαλακοισιν επ' ομμασι προσδεξασθαι,

Carmen
Aureum.

Πρω των ἡμερινων εργων τρισ ἕκασον επελθειν.

Πη παρεβην; τι δ' ερεξα; τι μοι δεον ουκ ετελεσθη;

Αρξαμενοσ δ' απο πρωτου επεξειδι και μετεπειτα,

Δειλα μεν εκπρηξασ, επιπλησσεο, χρησα δε τερπειν.

Pythagoreorum disciplina extincta est quodani-
 modo, quum aliquot secula in Italia Siciliaque vi-
 guisset.

de Univ.
c. 1.

Inter Pythagoreos excelluere Empedocles, (qui
 tamen strictiori sensu illis annumerari non potest)
 Epicharmus, Alcmaeo, Archytas, Philolaus, Ti-
 maeus, de quibus pauca erunt addenda.

Quos φυσικουσ Graeci nominant, iidem poetae,
 quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecit.

de Or.
1, 50.

Empedocles multa alia peccans in deorum opi-
 nione turpissime labitur: quatuor enim naturas, ex
 quibus omnia constare censet, divinas esse vult.

Nat. d. 1,
12.

Agrigentinum doctum quendam virum (1) car-
 minibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum
 natura totoque mundo constarent, quaeque move-
 rentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discor-
 diam.

Amic.
c. 7.

Εδοκει

(1) De Empedocle sermonem esse, docet partim epitheton Agrigentini (talıs enim erat Empedocles) partim ipsum celebratissimum dogma de elementorum amicitia atque discordia, de cujus tamen obscuritate jam queritur Aristoteles.

Diog. L. 1. 7. l. 76. *Εδοκει αυτω ταδε· στοιχεια μεν ειναι τετταρα πυρ, υδωρ, γην, αερα· Φιλιαν τε, η συγκρινεται, και Νεικος, ω διακρινεται.*

Sextus Emp adv. Math. 9, 10. *Συν τοις τεσσαρσι στοιχειοις το νεικος και την φιλιαν παταριθμειται Εμπεδοκλης· την μεν φιλιαν, ωσ συναγωγον αιτιαν, το δε νεικος ωσ διαλυτικην.*

Suid. in Μανης. *Εμπεδοκλης δυο αρχας λεγει αντικειμενας αλληλαις, νεικος και φιλιαν (2).*

Ac. 1, 13. et 2, 23. ib. 2, 5. *Empedocles nihil sciri posse dixit, et parum magnam vim in sensibus esse ad ea, quae sub eos subjecta sint, judicanda. Quare abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale sit, posse reperire.*

Tusc. 1, 9. *Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem (3).*

Mors Empedoclis diverse narratur. Vulgarem narrationem, a multis tamen rejectam, sequitur Horatius (Ars poet. 465).

— — Si

(2) Non tamen duas naturas efficientes esse docuit Empedocles, ut credidit cum multis aliis Suidas, qui eum Manetis antecessorem fuisse credit. Sed, ut recte Bruckerus, (T. 1. p. 1115.) „nihil aliud asseruit, quam „quod vetus theologia barbarorum et Graecorum do- „cuerat, in chao confusa jacuisse rerum omnium se- „mina inter se diversissima, qualitatibus induta sibi- „met contrariis, quae quum semel commotae essent, „ortam inde Pugnam et Discordiam, quae quum diu „inter ea obtinuisset, junctas tandem esse particulas „homogeneas et natura sua inter se concordantes, dif- „fluentibus heterogeneis.“ vid. etiam Mosheim ad Cudworth. p. 160.

(3) Secundum Plutarchum (Plac. Phil. 4, 5. et ap. Euseb. Praep. E. l. 1. c. 8) non ipsum sanguinem statuit esse animum, sed sedem illius esse in sanguine. Distinxisse autem videtur hanc sensitivam et inferiorem hominis animam ab alia superiori ex divina mundi anima de- cerpta, et ad eam aliquando reditura, vid. Brucker. T. 1. p. 1117.

Siculique poetae

Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aet-
nam

Ingluit.

Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Sicu- Tusc. 1, 8.
li (4), sententia est:

Ἐμῶρι ἡolo, sed me esse mortuum nihili aesti-
mo (5).

Alcmaeo Crotoniates soli et lunae reliquisque Nat. d.
sideribus, animoque praeterea divinitatem tribuit (6). 1, 11.

Ἀλκμαιῶν φησὶ ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι διὰ τοῦ εἶ- Arist. de
κέναι τοῖς ἀθάνατοις· τοῦτο δ' ὑπαρχειν αὐτῆ, ὡς An. 1, 2.
αἰ κινουμένη· κινεῖσθαι δὲ καὶ τὰ θεῖα ἅπαντα
συνεχῶς αἰεὶ, σελήνην, ἥλιον, ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρα-
νοῦ ὅλον.

Tarentum ad Archytam peragravit Plato. Ad Fin. 5, 29.
eundem scripsit, non sibi se soli natum meminere, et 2, 14.
sed patriae, sed suis.

Laudatur illud Archytæ; qui, quum villico fa- Tusc. 4,
ctus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, 36.
nisi iratus essem.

In libro de Senectute (c. 12.) Cato major ita
loquitur: Accipite optimi adolescentes veterem ora-
tionem Archytæ Tarentini, magni imprimis et prae-
clari.

(4) Non tamen in Sicilia sed in insula Co natus erat.
Sed vix trimestris in Siciliam delatus est, ibique
vixit regnante Hierone. Non solum autem philoso-
phus Pythagoricus fuit, sed poeta etiam comicus
veteris comoediae, diciturque Pythagorica nonnulla
in theatro vulgasse.

(5) Secundum Sextum Emp. ita dixit, nisi forte plane
alius versus est: ἀποθανεῖν ἢ τεθνεῖν οὐ μοι διαφέρει.

(6) Propter iuhaerentem illis animam mundi.

clari viri, quae mihi tradita est, quum essem adoles-
cens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitalio-
rem pestem, quam corporis voluptatem hominibus
dicebat a natura datam; cujus voluptatis avidae li-
bidines temere et effrenate ad potiundum incitaren-
tur. Hinc patriae proditiones; hinc rerum publica-
rum everfiones; hinc cum hostibus clandestina col-
loquia nasci: nullum denique scelus, nullum ma-
lum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido
voluptatis impelleret: stupra vero et adulteria; et
omne tale flagitium nullis illecebris excitari aliis,
nisi voluptatis. Quumque homini sive natura sive
quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic
divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum
quam voluptatem. Haec cum C. Pontio Samnite
locutum Archytam Nearchus Tarentinus, hospes
noster, se a majoribus natu accepisse dicebat, quum
quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis.

Or. 3, 35.

Diog. L:
l. 8, l. 85.

Philolaum Archytas Tarentinus instituit.

*Τὴν γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον πρῶτον εἰπεῖν
φασιν Φιλόλαον· οἱ δὲ Ἴκεταν Συρακουσίου φασιν.*

*Huic ipsi Hicetae hanc non a Copernico demum
inventam doctrinam de motu terrae tribuit Cicero.
Pythagoreum autem fuisse Hicetam hunc, jam ex ip-
so dogmate verisimillimum (7). Docebantur enim in
schola Pythagorae non eadem quidem, sed similiti-
tamen (8): Ecco autem Ciceronis verba:*

Hice-

(7) Diserte Pythagoreum eum vocant Plutarchus de
Plac. Phil. l. 3. c. 9. et Euseb. Praep. Ev. l. 15, 55.

Nam non dubitandum, quin apud illum Οικστης et
hunc Ἴκαιτης mendose pro Ἴκετας legatur, sicut olim
in ipso Ciceronis loco vitiose legebatur Nicetas.

(8) De systemate mundi Pythagorico legatur Cl. Tiede-
mann

Hicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, coelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia, stare censet; neque, praeter terram, rem ullam in mundo moveri: quae quum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat; eadem effici omnia, quasi stante terra coelum moveretur. Acad. 2, 39.

Eudoxus Platonis auditor (9), in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum. Divin. 2, 42.

Timaei Locri, cuius adhuc exstat liber *περι ψυχης καὶ κόσμου*; Cicero (Fin. 5, 29.) inter alios Pythagoreos, a Platone visos, mentionem facit; sed Ocellus Lucani, Archyta, ut credunt, antiquioris, nulla apud eum mentio est, quanquam sub illius nomine exstet liber *περι της του παντος φυσικης*. Hujus libri *αυθεντικων* impugnat Meiners (de vero Deo p. 312 sqq.) sed defendit Tiedemann l. 1. p. 191 sqq. Ibi- dem quoque antiquitatem libri Timaei ostendit.

Idem tamen seriori opere: *Geschichte der speculativen Philosophie* B. 1. S. 89 sqq. suam de Timaei
E 2 atque

mann l. 1. p. 446. sqq. Non autem circa solem terram moveri credebant, quam doctrinam multi Pythagoreis falso vindicant, sed circa ignem in centro mundi positum. Immo ipsum solem simul cum terra circa hunc ignem centalem moveri credebant nonnulli, interque eos ipse Philolaus iste. De hoc enim Plutarchus cum aliis ita; οἱ μὲν ἄλλοι μὲν εἶπεν την γην· Φιλολαος δὲ ὁ Πυθαγορείος κυκλῶ περιφερῆσθαι περι το πῦρ κατα κυκλον λοξον, ὁμοιοτροπως ἡλίῳ καὶ σεληνῇ. (Plac. Phil. 3, 13.)

(9) Pythagoreum eum fuisse, Socraticorum gloria excitatum ut in Graeciam ad Platonem proficisceretur, testatur Diogenes Laert.

atque Ocelli libro sententiam mutavit, et novis eorundem genuinam originem argumentis impugnavit.

Nec praetereundum hoc loco Carmen aureum, quod ex Pythagoreorum schola profectum esse omnes fere consentiunt, quamvis dissentiant de auctore, quem alii Pythagoram ipsum, alii Empedoclem, alii Epicharmum, alii Philolaum etc. fuisse credunt. Hierocles; illius interpret, appellat illud non unius Pythagorici, sed ὅλου του ἱεροῦ σύλλογου ἀποφθεγμα κοινον.

III. ELEATICI.

Ac. 2, 42. **H**orum princeps fuit Xenophanes; deinde eum secuti Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici (1) philosophi nominabantur.

XENOPHANES.

Ac. 2, 37. **X**enophanes, paullo antiquior quam Anaxagoras, dixit, unum esse omnia neque id esse mutabile; et id esse Deum, neque natum usquam, et sempiternum, conglobata figura.

Nat. d. 1, 11. Xenophanes, mente adjuncta omnē praeterea, quod esset infinitum, deum voluit esse.

Simplic. Το ἐν τούτῳ καὶ παν θεὸν ἔλεγεν ὁ Ξενοφάνης.
Sext. Ἐδογματιζέει δὲ ὁ Ξενοφάνης, ἐν εἶναι τὸ παν καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πασι· εἶναι δὲ σφαιροειδῆ, καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀμεταβλητὸν, καὶ λογικόν.

P. H. 1, 33.
Plut. ap. Euseb. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἰδίαν τινα ὁδὸν πεπορευμένος, οὔτε γενεσὶν οὔτε φθορᾷ ἀπολεῖται· ἀλλ' εἶναι λέγει τὸ παν αἰεὶ ὁμοίον.

Co-

(1) Elea enim, Graeciae Magnae urbs, patria fuit Parmenidis atque Zenonis. Ipse quoque Xenophanes, quanquam Colophone in Asia natus, inter alias Italiae urbes Eleae quoque commoratus est.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Diog. L. 9, 21. 22, *Ἄνα εἶναι σοφεία ἀπεφηνε, πῦρ καὶ γῆν: καὶ το μὲν, δημιουργοῦ τάξιν εἶναι: τὴν δὲ ὕλης. — Καὶ αὐτὸς δὲ δια ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσιόδου τε καὶ Ξενοφάνους καὶ Ἐμπεδοκλῆος. — Ἐπεὶ τοῦτον καὶ Πλάτων τὸν διαλογὸν γεγραφε, Παρμενίδην ἐπιγράψας, ἢ Περὶ ἰδεῶν.*

Ac. 2, 23. *Parmenides et Xenophanes, minus bonis quam versibus, sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam, quasi irati, qui, quum sciri nihil possit, audeant, se scire, dicere.*

MELISSUS.

Ac. 2, 37. *Melissus hoc quod esset infinitum et immutabile et fuisse semper et fore dixit.*

Diog. L. 1. 9, l. 24, *Μελισσὸς Σάμιος, Οὗτος ηἰκουσε Παρμενίδου, εδοκεῖ δεαυτῷ τὸ παρ ἀπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοιωτον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἓν, ὁμοίον ἑαυτῷ, καὶ πληρὸς. Κίνησιν δὲ μὴ εἶναι, δοκεῖν δὲ εἶναι.*

Arist. de Coel, *Οἱ μὲν ἀεὶ ὄλως γενεσὶν, καὶ φθορᾷ· οὐδὲν γὰρ οὔτε γίγνεσθαι φασιν, οὔτε φθίρεισθαι τῶν ὄντων, ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν, οἷον οἱ περὶ Μελισσοῦ τε καὶ Παρμενίδου.*

ZENON ELEATES.

Nat. d. 3, 33. *Zenonem Eleae in tormentis necatum accerpimus, — Perpressus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.*

Tusc. 2, 2. *Ζηνων μαθητὴς Παρμενίδου: Τοῦτον φασιν εὐρητην εἶναι διαλεκτικῆς. Καθελειν δὲ θελήσας Νεαρχοῦ, (οἱ δὲ Διομεδοντα) τὸν Ἐλεᾶς τυράννον, ἔαλω. Καὶ ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἐνδάκτων καὶ ἀποτεμῶν προσεπτύσε τῷ τυράννῳ, καὶ ἐν ὄλμῳ βληθεὶς ἀνετριφθῆ πτισσομένος.*

Aristoteles singulari scripto Zenonis dogmata explicat, ubi inter alia: Ἀδύνατον φησὶν εἶναι, εἴτε

εσι, γενεσθαι. — αἰδιον ειναι τον θεον· ει δ' εσιν ο θεος
 απαντων κρατισον, εναφησιν προσηκειν αυτον· τει γαρ
 δυο και επι πλειους εινεν, ουκ αν επι κρατισον' και βελ-
 σισον αυτον ειναι παντων. — ενα δ' οντα ομοιον ειναι
 παντη, ορασν τε και ακουειν τας τε αλλας αισθησεις
 εχονται παντη, παντη δ' ομοιον οντα σφαιροειδη ειναι,
 ουτ' απειρον ουτε πεπερασθαι. — εν γαρ ουκ εχοι, προς
 ο, τι περανει. Το δη τοιουτον ον, εν ον, τον θεον ειναι
 λεγει. ουτε κινεισθαι ουτε ακινητον ειναι. — Σωμα
 δε λεγει ειναι τον θεον, ειτε δε τοδε το παν, ειτε ο, τι
 δηποτε αυτος λεγων.

IV. HERACLITUS.

Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro: Universos Ephesios esse morte multandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: Nemo de nobis unus excellat: sin quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit.

Tusc. 5,
36.

Valde Heraclitus obscurus, et consulto dicit occulte. Quare cognomento σκοτεινος perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit.

Div. 2,
64.
Nat. 1, 26.
Fin. 2, 5.
Fat. 17.

Multorum veterum philosophorum sententia fuit, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia et Heraclitus fuit.

Heraclitus ignem dixit esse, e quo omnia generentur.

Ac. 2, 37.

Εδοκει αυτω, εκ πυρος τα παντα συνεσαναι, και εις τουτο αναλυεσθαι· παντα τε γινεσθαι καθ' εμαρμενην· και παντα ψυχων ειναι και δαιμονων πληρη· — οτι τε ο ηλιος εσι το μεγαθος, οιος φαινεται· — και ρειν τα ολα ποταμου δικην.

Diog. L.
l. 9. f. 6.

Λεγει που Ηρακλειτος, οτι παντα ρει και ουδεν μενει· και ποταμου ρρη απεικαζων τα οντα, λεγει, ως δις εις τον αυτον ποταμον ουκ αν εμβαιης.

Plat.
Cratyl.

Seneca
Ep. 58.

Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum.
Hoc est quod ait Heraclitus: In idem flumen bis
non descendimus.

Inter illius fragmenta a Stephano collecta ex-
stat et hoc: ΚΟΣΜΟΝ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΟΥΤΕ ΤΙΣ
ΘΕΩΝ ΟΥΤΕ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ· ΑΛΛ' ΗΝ ΑΕΙ, ΚΑΙ ΕΣΙ,
ΚΑΙ ΕΣΑΙ, ΠΥΡ ΑΕΙ ΖΩΟΝ.

Nat. d. 3,
14,

Heraclitum non omnes interpretantur uno mo-
do, qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit,
omittamus.

V. DEMOCRITICI.

LEUCIPPUS.

Ac. 2, 37. Leucippus plenum et inane dixit esse, e quo omnia
gignerentur.

Diog.
9, 30.

Λευκιππος, Ελεατης, ὡς δε τινες Αβδηριτης . κατ'
ενιους δε Μηλιος. Οὗτος ηκουσε Ζηνωνος^{*)}. ηρεσκε
δε αυτω, απειρα ειναι τα παντα, και εις αλληλα με-
ταβαλλειν· το τε παν ειναι κενον και πληρες σωμα-
των· τους τε κοσμους γινεσθαι, σωματων εις το κε-
νον εμπιπτοντων, και αλληλοις περιπλεκομενων.
πρωτος ατομους αρχας υπεσησατο.

Aristot.

Λευκιππος δε και ο εταiros αυτου Δημοκριτος
σοιχεια μεν το Πληρες και το Κενον ειναι φασι· —
περι δε κινήσεως, ὅθεν η πως ὑπαρχει τοις ουσι, και
οὔτοι παραπλησιως τοις αλλοις ραθυμως αφησαν.

DEMO-

(*) Referunt vulgo Leucippum atque Democritum ad
philosophos Eleaticos, sed immerito, quum horum
disciplinae multa e diametro, ut ajunt, opposita, do-
cuerint. Quin etiam ob temporum rationes haud ve-
rissimile videtur Cel. Meinersio (de vero deo p. 342),
fuisse Leucippum Zenonis, discipulum.

DEMOCRITUS.

Democritus (vere fallone non quaeremus) dicitur *Fin. 5, 29.* oculis se privasse. Certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid quaerens aliud nisi beatam vitam? Quam si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, ut esset bono animo. Etenim ille summum bonum *ευθυμιαν* et saepe *αθαμβιαν* appellat, id est, animum terrore liberum. Sed haec etsi praeclare, nondum tamen et perpelita: pauca enim, neque ea ipsa enucleate ab hoc de virtute dicta.

Democritus, luminibus amissis, alba scilicet *Tusc. 5, 39.* discernere et atra non poterat; at vero bona, mala: aequa, iniqua; honesta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva poterat; et sine varietate colorum licebat vivere beate, sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur: et quum hi (1) saepe, quod ante pedes esset, non viderent, illa infinitatem omnem peragrabat, ut nulla in extremitate consisteret.

Quid de Pythagora, quid de Platone aut Democrito loquar, a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. *Fin. 5, 19.*

Φασι αποδημησαι αυτον και εις Αιγυπτον προς τους Ιερεας, γεωμετριαν μαθησομενον, και προς Χαλδαιους εις την Περσιδα, και εις την ερυθραν θαλασσαν γενεσθαι. τοις τε γυμνοσοφισαις φασι τινες συμμιξαι αυτον εν Ινδια, και εις Αιθιοπιαν ελθειν. Τριτον δε οντα αδελφον νειμασθαι την θυσιαν. και οι μεν πλειους φασι, την ελαττω μοιραν ελεσθαι, την εν αργυριω, χρειαν εχοντα κατ' αποδημιαν. ο δε Δημητριος

(1) Hi (oculi) ut oppositum sit illa (animi acie). Secutus sum Davisium, quem vide. Vulgo legitur: *αλι — ille — peregrinabatur,*

μητριος ὑπερ ἑκατόν ταλάντα φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ μέρος, ἀπαντα δὲ καταναλωσαι.

Tusc. 5,
36. Veni Athenas, inquit Democritus; neque me quisquam ibi agnovit.

de Or 1,
11. Ornate locutus est, sicut fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus.

Div. 2,
64.
Or. 20. Valde Heraclitus obscurus, minime Democritus. Sed video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum.

Ac. 2, 37. Democritus Leucippo in hoc, quod docuit Plenum et Inane, similis, uberior in ceteris.

Nat. d. 1.
24. Democritus, sive etiam ante Leucippus, censuit, esse corpuscula quaedam laevia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quaedam et quasi adunca: ex his effectum esse coelum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.

Ac. 2, 38. Asperis et laevibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dixit, interjecto Inani.

Fin. 1, 6. Democritus atomos, quas appellat, id est, corpora individua propter soliditatem, censet in infinito Inani, in quo nihil nec summum, nec infimum, nec medium nec ultimum, nec extremum sit, ita ferri, ut concursibus inter se cohaerescant; ex quo efficiantur ea, quae sint, quaeque cernantur, omnia; eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intelligi convenire. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non fere labitur, quanquam utriusque quum multa non probo, tum illud in primis, quod, quum in rerum natura duo quaerenda sint, unum quae materia sit, ex qua quaeque res efficiatur, alterum, quae vis sit, quae quidque efficiat, de materia differuerunt, vim et causam effi-

efficiendi reliquerunt. Sed hoc commune vitium: aliae Epicuri proprias ruinas (2).

Democritum magnum quidem illum virum, sed laevibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat. Nat. d. 1, 11.

Democritus, auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere. Fat. 19.

Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura Deorum. Tum enim censet, imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum; tum principia, mentesque, quae sunt in eodem universo, Deos esse dicit: tum animantes imagines, quae vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus (3). Quae quidem omnia sunt patria Democriti (4), quam Democrito digniora. Quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignas judicare? Nat. d. 1, 43.

Ἀημο-

(2) Infra, ubi ad Epicureorum sectam delati fuerimus, fusius describentur immutationes disciplinae Democriti, ab Epicuro institutae.

(3) Vid. quae de hoc Ciceronis loco monuit *Mosheim* ad Cudworth p. 847. Ostendit haec omnia, de quibus Cicero tanquam diversis naturis loquitur, unum tantum genus esse, illas nempe naturas, quae *εἰδωλα* ἢ, ἢ. simulacra vocabat Democritus.

(4) Patria Democriti erat Abdera, ob incolatum stoliditatem memorabilis. Quare Cicero de Nat. deor. l. 1. „Equi certe in proximis Abderae pascuis in rabiem „vertuntur, quod coeli vitium etiam humanas mentes „afficit.“ — Et Epist. ad Att. l. 7. 7. „A multis audio, „constitutum esse Pompejo, in Siciliam me mittere. „Id est *αβδηριτικόν*.“

Sext.
Emp adv,
Math. 9,
19.

ib. 9, 42.

Nat. d. 1,
12.

Δημοκριτος ειδωλα τινα φησιν εμπελαζειν τοις ανθρωποις· και τουτων τα μεν ειναι αγαθα ποια, τα δε κακοποια· ενθεν και ειρηεται ευλογων τυχειν ειδωλων. ειναι ταυτα μεγαλα τε και δυσφθαρτα μεν, ουκ αφθαρτα δε, προσημαινειν τε τα μελλοντα τοις ανθρωποις, θεωρουμενα και φωνας εφικντα. ενθεν τουτων αυτων φαντασιαν λαβοντες οι παλαιοι, υπεκοησαν ειναι θεων, μηδενος αλλου παρα ταυτα οντος θεου, του αφθαρτου φυσιν εχοντος. — Το δε ειδωλα ειναι εν τω περιεχοντι υπερφυη, και ανθρωποιδεις ελκτα μορφας, και καθολου τοιαυτα οποιε βουλεται αυτα αναπλαττειν Δημοκριτος, παντελωσ εσι δυσπαραδεκτα.

Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum numero refert; tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat; tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur(5)? quumque idem omnino, quia nihil semper suo statu imaneat, neget esse quidquam sempiternum, nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat?

Carius

(5) Confundit h. l. Cicero duplex ειδωλων Democriti genus. Duae enim res diversissimas uno hoc nomine vocabat Democritus. Primum Spectra quaedam, qualia describit Sextus Empiricus in eo, quem attulimus, loco. Haec divina, quanquam interitui obnoxia, esse dicebat. Deinde eodem nomine designabat imagines, quas censebat e rebus omnibus effluere et ad oculos nostros manare. Ad has, qui statim sequitur, Ciceronis locus spectat. Has autem imagines eum in deorum numerum retulisse, neutiquam credibile est, ut bene ostendit Moshemius ad Cudw. p. 848 sqq. Stultius, inquit, quid fieri posset, quam dicere, simulacrum de corpore equi aut asini ad oculos nostros defluens deum esse. Sed legendus omnino Moshemius l. l. de duobus his idolorum Democriti generibus, a Cicero confusis. - Doctissimus Meiners quoque: Vix, inquit, dubitari potest, Ciceronem duo saltem rerum

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Non cognoscebantur foris: at domi; non ab alienis, at a suis. An non videmus hoc usu venire, ut, quos' nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos, consuetudine adhibita tam facile internosceremus, ut ne minimum quidem similes viderentur? Hic, pugnes licet, non repugnabo: quin etiam concedam, illum ipsum sapientem; de quo omnis hic sermo est, quum ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum, nec unquam ulli viso assensurum, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit:

Acad. 2;
40.

Ibidem ipse Cicero Lucullo respondens ita Democriti disciplinam explicat: Si me accusas, non quod tuis rationibus non assentiar, sed quod nullis vincam animum, cuique assentiar deligam. Quem potissimum? Quem? Democritum; semper enim (ut scitis) studiosus nobilitatis fui. Urgebor jam omnium vestrum convicio. Tunc aut inane quidquam putes esse, quum ita completa et conferta sint omnia, ut et quod movebitur corporum cedat, et qua quodque cesserit, aliud illico subsequatur? aut atomos ullas, e quibus quidquid efficiatur, illarum sit dissimillimum? aut sine aliqua mente rem ullam effici posse praeclaram? et, quum in uno mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabiles, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post, alios dissimiles, alios ejusdem modi mundos esse? et, ut nos nunc sumus ad Baulos, Puteolosque videmus; sic innumerabiles paribus in locis esse, eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, formis, aetatibus, eisdem de rebus disputantes? et, si nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere? Tu vero ista ne asciveris, neve freris commenticiis rebus assensus. Nihil sentire est melius, quam tam prava sentire.

Quid

Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: Haec loquor de universis. Nihil excipit, de quo non profiteatur: quid enim esse potest extra universa? Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris aetatis? qui mihi cum illo collati quintae classis videntur (6). Atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus. Ille verum plane negat esse, sensusque idem obscuros dicit et tenebricosos. Sic enim appellat eos (7).

Acad. 2.
23.

Democritus, Anaxagoras, Empedocles, omnes paene veteres, nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse, angustos sensus, imbecillos animos, brevissima curricula vitae et (ut Democritus) in profundo veritatem esse demersam; opinionibus et institutis omnia teneri; nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. — Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit.

Acad. 1,
13.

Plurimis locis gravis auctor Democritus praesensionem rerum futurarum comprobat. Quare censet sapienter instituisse veteres ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore tum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi, nonnunquam etiam quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura.

Div. 1,3.
ib. c. 57.

Negat sine furore Democritus quemquam potest tam magnum esse posse.

Divin. 1,
37.

METRO-

(6) Quintae i. e. ultimae. Spectat ad populi Rom. divisionem in quinque classes.

(7) Nempe *σφοδρῆ* fuit hac in re Democriti verbum. Ceterum in hoc corrupto loco Davissii emendationes secutus sum. Vulgo legitur: *esse sensus quidem non obscuros dicit nec tenebricosos.*

METRODORUS. CHIUS.

Ac. 2, 23. **Ι**s qui Democritum maxime est admiratus, Chius Metrodorus initio libri, qui est de natura: Nego, inquit, scire nos sciamusne aliquid, an nihil sciamus: ne id ipsum quidem nescire aut scire: ne quinnino, sitne aliquid, an nihil sit.

ANAXARCHUS.

Tusc. 2, 22. **Α**naxarchus Democritus, quum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit, *siquidem* eum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus (1).

Diog. L.
1. 9. l. 58.

Αναξάρχος και Αλεξανδρῶ συνην, και ηκμαζε κατα την δεκατην και εκατοσην Ολυμπιαδα, και ειχεν εχθρον Νικοκρεοντα, τον Κυπρου τυραννον. και ποτε εν συμποσιῳ του Αλεξανδρου ερωτησαντος αυτον, Τι αρα δοκει το δειπνον, ειπειν φασιν, Ω βασιλευ, παντα πολυτελως· εδει δε λοιπον κεφαλην σατραπου τινος παρατεθεισθαι· απορριπτων προς τον Νικοκρεοντα. Ο δε μνησικακησας, μετα την τελευτην του Βασιλεως, οτε πλεων ακουσιως προσηνεχθη τη Κυπρω ὁ Αναξάρχος, συλλαβων αυτον και εις ὄλμον βαλων εκελευσε σιδηροισ ὑπεροισ τυπτεσθαι. τον δε ου φροντισαντα της τιμωριας, ειπειν εκεινο δη το περιφερομενον, Πτισσε τον Αναξάρχου θυλακόν (2), Αναξάρχον δε ου πληττεις· κελευσαντος δε του Νικοκρεοντος και την γλωτταν αυτου εκτμησθηναι, λογος αποτραγοντα εμπτυσα αυτω.

ΔΙΑ.

(1) Diversissime narratur Anaxarchi supplicium. vid. Menage ad Diog. L.

(2) Θυλακος h. l. est siliqua, folliculus leguminum. Hinc bene πτισσειν. Nam πτισσειν, ait Suidas, εστι το κριθας η αλλο τι λεπιζειν, και καθαροποιειν.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

τα μυσηρια πασι διηγειτο, κοίνοποιων αυτα και μικρα ποιων, και τους βουλομενους μνεισθαι αποτρεπων.

VI. SOPHISTAE.

Ac. 1, 23. **S**ophistae appellantur ii, qui ostentationis aut quae-
stus causa philosophantur.

Aristot. *Εστιν η σοφιστικη φαινομενη σοφια, ουσα δε μη,
και ο σοφιστης χρηματισης απο φαινομενης σοφιας,
αλλ' ουκ ουσης.*

Brut. 8. Ut intellectum est, quantam vim haberet accu-
rata et facta quodammodo oratio, tum etiam magi-
stri dicendi multi subito exstiterunt; tum Leontinus
Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras
Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore
magno fuit, aliique multi temporibus eisdem do-
cere se profitebantur arrogantibus sane verbis, quem-
admodum causa inferior (ita enim loquebantur) di-
cendo fieri superior posset. — Horum unusquisque
de Or. 3, plurimum temporibus illis, etiam de natura rerum
32. et disseruit et scripsit. Namque illos veteres docto-
res auctoresque dicendi nullum genus disputationis
a se alienum putasse accepimus, semperque esse in
omnis orationis ratione versatos.

Fin. 2, 1. Eorum, qui Socratis tempore Sophistae nomina-
bantur, erat iste mos, scholam aliquam explicare
et ex magna hominum frequentia dicere jubere, si

Or. 1, 22. quis quid quaereret. Quorum e numero primus
est ausus

GORGIAS LEONTINUS

in conventu poscere quaestionem, id est, jubere di-
cere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium;
dicere impudens, nisi hoc institutum postea trans-
latum

latum ad philosophos nostros esset. Sed et illum, quem nominavi, et ceteros Sophistas, ut e Platone intelligi potest, lufos videmus a Socrate.

Leontinus Gorgias, quo patrono (ut Plato vo- de Or. 3,
luit) philosopho succubuit orator *), qui aut non est 32.
victus unquam a Socrate, neque sermo ille Platonis
verus est: aut, si est victus, eloquentior videlicet
fuit, et disertior Socrates, et copiosior et melior ora-
tor: sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re,
quaecunque in disceptationem quaestionemque vo-
cetur, se copiosissime dicturum esse profitetur. Cui
tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex
omnibus Delphis non inaurata statua sed aurea
statueretur.

Gorgias antiquissimus fere rhetor, omnibus de Inv. 1, 5.
rebus oratorem optime posse dicere existimavit. Hic
infinitam et immensam huic artificio materiam sub-
jicere videtur. Idem singularum rerum laudes vi- Brut. 12.
tuperationesque conscripsit, quod judicaret, hoc ora-
toris esse maxime proprium, rem augere posse lau-
dando, vituperandoque rursus affligere. In concin- Or. 49.
nitatis autem consecratione Gorgiam fuisse principem
accepimus. Nam paria paribus adjuncta, itemque ib. 52.
contrariis relata contraria Gorgias primus invenit,
sed his est usus intemperantius, hisque festivitibus
(sic enim ipse censet) insolentius abutitur: quas
Isocrates, quum tamen audivisset in Thessalia ado-
lescens senem jam Gorgiam, moderatius tem-
peravit.

Isocratis magister Leontinus Gorgias centum et Senect. 5.
septem complevit annos, neque unquam in suo stu-
dio atque opere cessavit. Qui, quum ex eo quaere-
retur, cur tamdiu vellet esse in vita, nihil habeo,

F 2

inquit,

*) In Platonis Dialogo, cui nomen Gorgiae inscri-
ptum est.

inquit, quod incusem senectutem. Praeclarum responsum et docto homine dignum.

Plato
Hipp.
maj.

Γοργίας ὁ Λεοντικός σοφιστῆς δευρο (Athenas) αφικετο, δημοσια οικοθεν πρεσβευων, ὡς ἰκανωτατος ὠν Λεοντινων τα κοινα πραττειν. και εν τε τῷ δημῷ εδοξεν αριστα ειπειν, και ἰδια επιδειξεις ποιουμενος, και συνων τοις νεοις, χρηματα πολλα ειργασατο και ελαβεν εκ τῆσδε τῆσ πολεως.

PROTAGORAS.

Nat. 1, 23. **A**bderites Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri sui sic posuisset: De divinis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; Atheniensium jussu, urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. Ex quo equidem existimo, tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe quum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset.

ib. 12. Protagoras sese negat omnino de Diis quod li-
queat scire, sint, non sint, qualesve sint.

Acad. 2, 46. Protagoras putat, id cuique verum esse, quod
cuique videatur.

Sext. E.
a. Math.
VII, 60.
Pyrrh. 1,
32.

Πρωταγορας φησι πασας τας φαντασιαις και τας δοξας αληθεις ὑπαρχειν, και των προς τι ειναι την αληθειαν. — Βουλεται παντων χρηματων ειναι μετρον τον ανθρωπον. των μεν οντων, ὡς εστιν. των δε ουκ οντων, ὡς ουκ εστι. μετρον μεν λεγων το κριτηριον. ὡς δυναμει φασκειν, παντων πραγματος κριτηριον ειναι τον ανθρωπον. και δια τουτο τιθησι τα φαινομενα ἑκασῳ μονα. και ἕτως εισαγει το προς τι. διο και δοκει κοινωνιαν εχειν προς τας Πυρρωνειδης.

Plato
Theaet.

ΣΩΚΡ. Πρωταγορας φησι, παντων χρηματων μετρον ανθρωπον ειναι, των μεν οντων, ὡς εστι, των δε μη οντων, ὡς ουκ εστιν. Ανεγνωκας γαρ που; ΘΕΑΙΤ. Ανεγνωκα και πολλακις. ΣΩ. Ουκουν ἕτῳ πως λεγει, ὡς οἱα μεν ἑκαστα εμοι φαινεται, τοιαυτα μεν εστιν εμοι.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Suidas. Προδικος Κειος, ὁ ἀπο Κεω τῆς νησου, φιλοσοφός φυσικός καὶ σοφιστής, συγχρόνως Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου καὶ Γοργίου, μαθητῆς Πρωταγόρου τοῦ Ἀβδηρίτου, ἐν Ἀθηναῖς κωνεῖον πίων ἀπέθανεν, ὡς διαφθειρῶν τοὺς νεοὺς. ἠκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Σωκρατοῦς.

HIPPIAS.

de Or. 3, 32. **E**leus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret: nec solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur: sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, foccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est conjectura facilis, quantum sibi illi ipsi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint.

VII. SOCRATICI.

SOCRATES.

Suidas. Σωκρατῆς, Σωφρονισκοῦ λιθοξοοῦ, καὶ μητρος Φαιναρετῆς μαιας· πρότερον γενομένος λιθοξοός, ὡς καὶ φασιν αὐτοῦ ἐργὸν εἶναι τὰς Ἀθηναῖσιν ἐνδεδυμένας Χαρίτας· εἶτα φιλοσοφῆσας, δια το ἀκουσαὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου, εἶτα Δαμωνός, εἶτα Ἀρχελαοῦ. Ἀριστοξένος δὲ Ἀρχελαοῦ πρῶτον αὐτὸν διακουσαὶ λέγει.

Tusc. 5, 4. **A**b antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove

quove reciderent: studioseque ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur, et cuncta coelestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere: cujus multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. E quibus nos id potissimum consecuti sumus, quo Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios levaremus, et in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaereremus.

Socrates mihi videtur, id quod constat inter Acad. 1,4. omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerant, avocavisse philosophiam, et ad vitam communem adduxisse; ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret, coelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum conferre. Hic in omnibus fere sermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie, copiose sunt, ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi, quae nesciant, scire se putent; ipse, se nihil scire, id unum sciat: ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una hominis (1) sapientia, non arbitrari sese scire quod
E 4 nesciat.

(1) *Hominis* ex verissima emendatione Lambini pro vulg. *omnis*. Apud Platonem quoque in Apol. c. 9. est *ανθρωπινη σοφια*. Mox pro *tum* edidi *tantum* ex emendat. Davisi.

nesciat. Quae quum diceret constanter, et in ea sententia permaneret, omnis ejus oratio tantum in virtute laudanda et in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, ut ex Socraticorum libris maximeque Platonis (2), intelligi potest.

Fat. 5.

Socratem, legimus, quemadmodum notavit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Stupidum esse Socratem dixit, et bardum, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat; addidit etiam, mulierosum; in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

Tusc. 4,
37.

Quum multa in conventu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cujusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate sublevatus, quum illa sibi insita, sed ratione a se ejecta diceret.

de Or. 3,
16.

Inventi sunt, qui, quum ipsi doctrina et ingenio abundarent, a re autem civili et a negotiis, animi quodam judicio, abhorrerent, dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent; quorum princeps Socrates fuit, is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Graeciae, quum prudentia et acumine et venustate et subtilitate, tum vero eloquentia, varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps.

Tusc. 5.
32.

Socrates, quum rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur.

Hic

(2) Davisius legendum censet *Xenophontis*, quum apud Platonem Socrates Physica et Musica et Geometrica differat, qualia Xenophon ab eo tractata esse negat (Memor. l. 2. c. 1, 11.).

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

demus a Socrate. Is enim percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum differebat, ut ad haec, quae hi respondissent, siquid videretur, diceret.

Ac. 2, 5. Socrates de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita quum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci *εἰρωνείαν* vocant.

Brut. 85. Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, et Xenophontis et Aeschini libris utitur, facetam et elegantem puto; est enim et minime inepti hominis et ejusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant: ut apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros; se autem omnium rerum inscium fingit et rudem. Decet hoc, nescio quomodo, illum; nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior.

Off. 1, 30. Dulcem et facetum festivique sermonis, atque
de Or. 2, 67. in omni ratione simulatorem, quem *εἰρωνία* Graeci nominaverunt, Socratem accepimus, et opinor eum in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse.

l. 1. c. 4. In praefatione ad quaestiones Tusculanas, Cicero ita describit Socratis morem disputandi, quem ipse imitatus sit: Ponere jubebam, de quo quis audire vellet; ad id aut sedens aut ambulans disputabam. Fiebat autem ita, ut, quum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contradicerem; haec est enim, ut scis, vetus et Socratica ratio contra alterius opinionem differendi, nam ita facillime, quid verisimillimum esset, inveniri posse, Socrates arbitrabatur.

Top. 10. Inductione plurimum est usus in sermonibus Socrates.

Socratis multi sermones perscripti sunt, e quibus Acad. 2,
23. dubitari non possit, quin ei nihil sit visum sciri posse; excepit unum tantum, scire se, nihil se scire.

In illo Platonis libro, qui inscribitur Menon, Tusc. 1, 24 pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati: ad ea sic ille respondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone ⁽³⁾, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita; docet enim, quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare, se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere, nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas *εἰρησιαι* vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset.

Ab ipso Socrate in libris Socraticorum saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod daemonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, saepe revocanti ⁽⁴⁾. Et Socrates quidem (quo quem auctorem meliorem quaerimus?) Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum; posteaquam exposuit quae sibi videbantur: Et nostrum quidem, inquit, humanum est consilium; sed de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum: ad quem

(3) Eum dicit, quem Plato exposuit in Phaedone.

(4) Apud Platonem in Theage ita loquitur Socrates:

Ἔστι γὰρ τι θεῖα μοῖρα παρεπομένον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀφ' ἑξαμένου δαιμονιον· ἐστὶ δὲ τοῦτο φωνή, ἢ, ὅταν γίνηται, αἰεὶ μοι σημαίνει, ὅ αν μελλῶ πράττειν, τοῦτου ἀποτροπήν· προτρέπει δὲ οὐδέποτε.

quem etiam Athenienses publice de majoribus rebus semper retulerunt. Scriptum est item, quum Critonis, sui familiaris, oculum alligatum vidisset, quaesivisse, quid esset: quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse: tum Socrates, „Non enim parvisti mihi revocanti, quum uterer, qua solo, praesagitione divina. Idem etiam Socrates, quum apud Delium male pugnatum esset Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete: ut ventum est in trivium, eadem, qua ceteri, fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit. Tum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. Per multa collecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt.

Ut clarius appareat, quam praestare de deo senserit Socrates, quaedam ex Xenophonte adjiciam:

Memo-
rab. Socr.
l. 1, c. 4.

Ἀξῶ δε πρωτον, ἃ ποτε Σωκρατους ηκουσα περι του δαιμονιου διαλεγομενου προς Αρισοδημον. καταμαθων γαρ αυτον ουτε θυοντα τοις θεοις, ουτε μαντικη χρωμενον, αλλα και των ποιουντων ταυτα καταγελωντα. ειπε μοι, εφη, ω Αρισοδημε, εσιν ους τινας ανθρωπων τεθραυμακασ επι σοφια; — Εγωγ, εφη. — Και ος, λεξοσ ημιν, εφη, τα ονοματα αυτων. — Επι μεν τοιων ποιησει Ομηρον εγωγε μαλισα τεθραυμακα, επι δε τραγωδια Σοφοκλεα, επι δε ανδριακτοποια Πολυκλειτον, επι δε ξωγραφια Ζευξιν. — Ποτερα σοφδοκουσιν οι απεργαζομενοι ειδωλα αφρονα τε και ακινητα, αξιοθραυμασοτεροι ειναι, η οι ζωα εμφρονα τε και ενεργα; — Πολυ, νη Δια, οι ζωα, ειπδρ γε μη τυχη τινι, αλλα υπο γνωμης ταυτα γενηται. — Των δε ατεκμαρτως εχοντων, οτου ενεκα εσι, και των φανερωσ επ' ωφελεια οντων, ποτερα τυχης, και ποτερα γνωμης εργα κρινεις; — Πρεπει μεν τα επ' ωφε-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



σημαινειν παντα αλληλοις, ἃ βουλομεθα; ουτοι δε μονον ηρκεσε τῷ θεῷ του σωματος επιμεληθηναι, ἀλλ' (ὄπερ μεγαλον εστι) και την ψυχην κρατισην τῷ ανθρωπῷ ενεφυσε. τιος γαρ αλλου ζωου ψυχη πρωτα μεν θεων, των τα μεγαλα και καλλιζα συνταξαντων, ησθηται ὅτι εισι; τι δε φυλον αλλο η ανθρωποι θεους θεραπευουσι; ποια δε ψυχη της ανθρωπινης ικανωτερα προφυλαττεσθαι η λιμον, η διψος, η ψυχη, η θαλη, η νουσις επικουρησαι, η ρωμην ασκησαι, η προσ μαθησιν εκπονησαι, η, ὅσα αν ακουση η ιδη η μαθη, ικανωτερα εσι διαμεμνησθαι; ου γαρ πανυ σοι καταδηλον, ὅτι παρα τα αλλα ζωα, ὡπερ θεοι, οἱ ανθρωποι βιοτευουσι, φυσει και τῷ σωματι και τῇ ψυχη κρατισευοντες; ουτε γαρ βοος αν εχων σωμα, ανθρωπου δε γνωμην, ηδυνατ' αν πραττειν, ἃ εβουλετο ουδ' ὅσα χειρας εχει, αφρονα δ' εστι, πλεον ουδεν εχει. συ δε αμφοτερου των πλειου αξιων τετυχηκως, ουκ οιεῖ σου θεους επιμελεισθαι; ὅταν δε Αθηναιοις πυνθανομενοις τι δια μαντικης φραζωσιν, ου και σοι δοκεισ φραζειν αυτους; ουδ' ὅταν τοις Ἑλλησι τερατα πεμποντες προσημαινωσιν, θηδ' ὅταν πασιν ανθρωποις; αλλα μονον σε εξαίρουσιν εν αμελεια κατατιθενται; οiei δ' αν, τους θεους τοις ανθρωποις δοξαν εμφυσαι, ὡς ικανοι εισιν εν και κακως ποιειν, ει μη δυνατοι ησαν; και ανθρωπους εξαπατωμενους τον παντα χρονον ουδεποτ' αν αισθεςθαι; ουχ' ὄρασ ὅτι τα πολυχρονιωτατα και σοφωτατα των ανθρωπινων, πολεις και εθνη, θεοσεβεςατα εσιν, και αι φρονιμωταται ηλικιαι θεων επιμελεσεται; ω' γαθε, εφη, καταμαθε, ὅτι και ὁ σος νους ενων το σον σωμα, ὅπως βουλεται, μεταχειριζεται. οιεσθαι ουν χρη και την εν παντι φρονησιν τα παντα, ὅπως αν αυτη ηδου η, ούτω τιθεσθαι. και μη το σον μεν ομμα δυνασθαι επι πολλα σαδια εξικνεισθαι, τον δε του θεου οφθαλμον αδυνατον ειναι ἅμα παντα ὄραν. μηδε την σην μεν ψυχην και περι των ενθαδε και

περι των εν Αιγυπτῳ και εν Σικελια δυνασθαι
φροτιζειν, την δε του θεου φρονησιν μη ικανην
ειναι, αμα παντων επιμελεισθαι. — Εμοι μεν ταυ-
τα λεγων ου μονον τους συνοντας εδοκει ποιειν,
οποτε υπο των ανθρωπων ορωντο, απεχεσθαι των
ανοσιων τε και αδικων και αισχρων, αλλα και,
οποτε εν ερημια ειεν, επειπερ ηγησαιντο μηδεν αν
ποτε, ων πραττοιεν, θεους διαλαθειν.

In sermone cum Euthydemo, ubi eadem fere Mem. 9.
ratione dei et existentiam et providentiam demon- 1. 4. c. 5.
strat, haec inter alia praeclara occurrunt:

Ο τον ολον κοσμον συνταπτων τε και συνεχων, εν
ω παντα καλα και αγαθα εσι, ουτος τα μεγαλα μεν
πρατων οραται, ταδε δε οικονομων ανορατος ημιν
εσιν. εννοει δ, οτι και ο πασι φανερος δοκων ειναι
ηλιος ουκ επιτρεπει τοις ανθρωποις εαυτον ακρι-
βως οραν, αλλ' εαν τις αυτον αναιδως εγχειρη θε-
ασθαι, την οψιν αφαιρειται. και τους υπηρετας δε
των θεων ευρησεις αφανεις οντας. κεραυνος τε γαρ
οτι μεν ανωθεν αφισται, δηλον, και οτι, οις αν εν-
τυχη, παντων κρατει, οραται δ ουτ' επιων, ουτε
κατασκηψας, ουτε απιων. και ανεμοι αυτοι μεν
ουχ ορωνται. α δε ποιουσι, φανερα ημιν εσι, και
προσιοντων αυτων αισθανομεθα. αλλα μην και
ανθρωπου γε ψυχη, ειπερ τι και αλλο των ανθρω-
πινων, του θειου μετεχει. οτι μεν γαρ βασιλευει εν
ημιν, φανερον. οραται δε ουδ' αυτη. α χρη κατατο-
ουντα μη καταφρονειν των ανορατων, αλλ' εκ των
γιγνομενων την δυναμιν αυτων καταμανθανοντα
τιμαν το δαιμονιον. — Χρη ουν μηδεν ελλειποντα
κατα δυναμιν τιμαν τους θεους, θαρρειν τε και ελ-
πιζειν τα μεγαλα αγαθα. ου γαρ παρ' αλλων γ' αν
τις μειξω ελπίζων σωφρονοη, η παρα των τα με-
γισα ωφελειν δυναμενων, ουδ' αν αλλως μαλλον, η
ει τουτοις αρεσκοι. αρεσκοι δε πως αν μαλλον, η ει
ως μαλιστα πειθοιτο αυτοις; — Τοιαυτα μεν τοι
λεγων

λεγων τε και αυτος ποιων ευσεβεσερους τε και σωφρονεσερους τους συνοντας παρεσκευαζεν.

Amic.
c. 4.

Non assentior iis, qui haec nuper differere coeperunt, cum corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum majorum, qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt: quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Graeciam (quae nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis et praeceptis suis erudierunt: vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus: qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos, iisque, quum e corpore excessissent, reditum in coelum patere, optimoque et justissimo cuique expeditissimum.

Off. 2, 12.

Praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiarium dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset.

Tusc 5,
12.

Socrates, quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret: haud scio, inquit, nunquam cum eo collocutus sum. — Ain' tu? an aliter id scire non potes? — Nullo modo. — Tu igitur ne de Persarum quidem rege Magno potes dicere, beatusne sit? — An ego possim, quum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus? — Quid? tu in eo vitam beatam putas? — Ita profus existimo; bonos beatos, improbos miseros. — Miser ergo Archelaus? — Certe, si injustus.

Off. 3, 3.

Accepimus, Socratem execrari solitum eos, qui primum haec natura cohaerentia, utilitatem et honestatem, opinione distraxissent.

Quintil.
1.4. c.4,5.

Socrates accusatus est, quod corrumperet juventutem, et novas superstitiones introduceret.

Πλατ.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



quum ille damnatus est nullam aliam ob causam nisi propter dicendi inscientiam, tamen a se oportere dicunt peti praecepta dicendi.

Tuscul.
l. 1. c. 40.
et 41.

Post Theramenem, qui conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum venenum ebiberat, vadit in eundem paucis post annis Scyphum Socrates; eodem scelere judicium, quo tyrannorum Theramenes. Quae est igitur ejus oratio, qua facit eum Plato *) usum apud iudices, jam morte multatum? Magna me, inquit, spes tenet, iudices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Necessesse est enim, sit alterum de duobus; ut aut sensus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quamobrem, si sensus extinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert; dii boni! quid lucri est mori! aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur? cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior? Sin vera sunt, quae dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excefferunt, incolunt; id multo jam beatius est. Tene, quum ab his, qui se iudicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere iudices appellantur, Minos, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemium? convenireque eos qui iuste et cum fide vixerint? Haec peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo, Musaeo, Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem aestimatis? Equidem saepe emori, si fieri posset, vellem; ut ea, quae dico, mihi liceret invenire. Quanta delectatione autem afficerer, quum Palamedem, quum Ajacem, quum alios iudicio iniquo circumventos convenirem? Tentarem etiam summi

*) vid. Plat. Apolog. Socr. c. 32.

mi regis, qui maximas copias duxit ad Trojam, et Ulyssi Sisyphique prudentiam. Nec ob eam rem, quum haec exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Ne vos quidem, iudices, ii, qui me absolvistis, mortem timueritis; nec enim cuiquam bono mali quidquam evenire potest nec vivo nec mortuo. Nec unquam ejus res a diis immortalibus negligentur. Nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec vero ego iis, a quibus accusatus sum aut a quibus condemnatus, habeo quod succenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt. — Et haec quidem hoc modo; nihil autem melius extremo. „Sed tempus est, inquit, jam hinc abire me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.“ Naë ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum omnium fortunas, qui de hoc judicaverunt. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse, utrum sit melius, nam dixit ante; sed solum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum.

Illud Socratis magnificentum ac paene divinum, quod, quum impiis sententiis damnatus esset, aequifimo animo se dixit mori: neque enim domo egredienti, neque illud suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signum sibi ullum, quod consuisset, a deo quasi mali alicujus impendentis datum. Div. 1,
54.

His et talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit; adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non superbia; et supremo vitae die multa differuit; et paucis ante diebus, quum facile posset educi e custodia, noluit; et quum paene in manu, jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in coelum videretur ascendere. Ita enim Tusc. 1,
c.29. et 30.

censebat, itaque differuit: duas esse vias, duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis contaminavissent, et se totos libidinibus dedissent, quibus coecati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum. Qui autem se integros castosque servavissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper sevocavissent, essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere. Itaque commemorat, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, quasi providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur; sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum.

Div. 1, 25.

Est apud Platonem *) Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum; vidisse enim in somnis pulchritudine eximia foeminam, quae se nomine appellans, diceret Homericum quendam ejusmodi versum:

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. **)
Quod ut est dictum, sic scribitur contigisse.

S O C R A T I C I.

de Orat. Quum essent plures orti fere a Socrate, quod ex
3, 16. illius variis et diversis et in omnem partem diffusis
disputationibus alius aliud apprehenderat; profeminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se, et multum disjunctae et dispares, quum tamen omnes se philosophos Socraticos et dici vellent et esse arbitrarentur. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles et
Xeno-

*) In Critone c. 2.

**) Il. IX. v. 363.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



de Senect.
c. 22.

Apud Xenophontem moriens Cyrus major haec dicit; Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, quum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis: sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; quum exissent ex iis, emori: nec vero tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset; sed quum omni admixtione corporis liberatus, purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, quum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est, quo quaeque discedant: abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem solus nec quum adest, nec quum discedit, apparet. Iam vero videtis, nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim, quum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, quum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si haec ita sunt, hic me colitote, ut deum; si una est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulcritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis.

Secq. 17.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt; quos legite, quaeso, studiose, ut facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur.

AESCHINES SOCRATICUS.

Socrati quum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent, Aeschines, pauper auditor: Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, invenio; et hoc uno modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum. Hoc munus rogo, qualecunque est, boni consulas, cogitesque, alios quum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: „Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi forte parvo te aestimas? Habebo itaque curae, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi.“ Vicit Aeschines hoc munere Alcibiadis parem divitiis animum, et omnem juvenum opulentorum munificentiam.

Seneca
de benef.
l. 1. c. 8.

Το ιδίως καλουμενον ειδος Σωκρατικον μαλιζα δοκουσι ζηλωσαι Αισχινης και Πλατων. Demetri. Phaler.

*Πλατων εν ταις προς Διονυσιον ὑπεροψιαις και διαφοραις *) ητησατο καιρον εντυχιας. ειτα ο μεν εδωκεν, οιομενος ὑπερ αυτου τι μεμψασθαι τον Πλατωνα και διελθειν. Ο δε Πλατων οὔτω πως διελεχθη προς αυτον. Ει τινα αισθοιο, Διονυσιε, δυσμενη πεπλευκοτα εις Σικελιαν, κακον τι σε ποιησαι βουλομενον, ουκ εχοντα δε καιρον, αρ αν εασειας αυτον εκπλευσαι, και περιιδοις αθων απαλλαγεντα; Πολλου δεω (ειπεν ο Διονυσιος), ω Πλατων. δει γαρ ου τα εργα των εχθρων μονον, αλλα και την προαιρεσιν μισειν και κολαζειν. Ει τοιουν (ειπεν ο Πλατων) επ ευνοια τις αφιγμενος τη ση δευρα, βουλεται μεν αγαθου τινος αιτιος σοι γενεσθαι, συ δε καιρον ου παρεχεις, αξιον εσι τουτον αχαριως προσεσθαι και ολιγωρωσ; Ερωτησαντος δε του Διονυσιου, τις οὔτος εσιν;*

Plutarch.
discr.
adul. et
am.

G 4

Αι-

*) i. e. quum Plato ipse in Dionysii aula contempni coepisset.

Αισχίνης, εἶπεν, ἀνήρ (τῷ τ' ἦθει παρ' ἀπινου τῶν Σωκρατοῦς ἑταίρων ἐπιεικῆς, καὶ τῷ λόγῳ δυνατὸς ἐπαναρθῶν, οἷς συνηεὶ. πλεῦσας δὲ δευρὸ πολλὴν θάλατταν, ὡς συγγενοῖτο σοὶ διὰ φιλοσοφίας, ἠμελήται, ταῦτα ἕτως ἐκίνησε τὸν Διονυσίον, ὥστε τὰς μὲν χεῖρας τῷ Πλάτωνι εὐθύς περιβαλεῖν καὶ κατασπαζέσθαι, τὴν εὐμένειαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀγαμένον, τοῦ δ' Αἰσχίνου καλῶς καὶ μεγαλοπρῶπως ἐπιμελήσθηναι.

C E B E S.

Suidas. *Κεβης*, Θηβαῖος φιλοσοφός, Σωκρατοῦς μαθητής, Διαλογοὶ δὲ αὐτοῦ φέρονται τρεῖς, Ἑβδομη, Φρυγικός, Πιναξ. *)

VIII. CYRENAICI

quorum auctor fuit

A R I S T I P P U S.

Ibid. *Αριστιππος* ἀπὸ Κυρήνης, φιλοσοφός, Σωκρατοῦς ἀκουσῆς· ἀφ' ἕπερ ἡ Κυρηναϊκὴ κληθεῖσα αἵρεσις ἠρξάτο. Πρῶτος δὲ τῶν Σωκρατικῶν μισθὸς ἐπραξάτο. Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυσμένως· καὶ ἠν ἱκανὸς ἀρμολογεῖν καὶ χρονοῦ καὶ τοπῶ· καὶ τῶν μὲν παρόντων ἀπέλαυε καὶ ἡδονὴν μετεδίωκε,

Lucian.
Paraf.

Αριστιππος ὁ Κυρηναῖος διέτριβεν ἐν Συρακουσαῖς παρασιτῶν Διονυσίῳ. πάντων γούρ ἀμελεῖ τῶν παρασιτῶν αὐτὸς εὐδοκίμει παρ' αὐτῶ· καὶ γὰρ ἠν πλεον τῶν ἀλλῶν πρὸς τὴν τέχνην εὐφυῆς· ὥστε τοὺς οὐλοποι-
οὺς ὁσημερὰ ἐπέμπε παρα τούτου ὁ Διονυσίος, ὡς παρ' αὐτοῦ μαθησομένους,

Vitruv.

Aristippus, philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodiensium littus animadvertisset

*) Hic solus superest. Disputatur tamen an, quem nunc hoc nomine habemus librum, revera Cebetis sit.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

a philosophia semovendas putabo: primum Aristippi Cyrenaeorumque omnium, quos non est veritum, in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam (Epicuri) vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum, equum; ad arandum, bovem; ad indagandum, canem; sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles; ad intelligendum et agendum esse natum, quasi mortalem deum: contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi voluptatem hi hoc divinum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mihi videtur absurdius. Atque haec contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed solam etiam ducit, quam omnes unam appellamus voluptatem. Aliter autem Epicureis (2) placet. Sed ille, ut dixi, vitiose. Nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut fruere- tur voluptatibus. Nec vero audiendus Hieronymus, cui summum bonum est idem, quod Epicurei interdum, vel potius nimium saepe dicunt, nihil dolere. Non enim, si malum dolor est, carere eo malo satis est ad bene vivendum. Hoc dixerit potius Ennius:

Nimium boni est, cui nihil est mali.

Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptio- ne boni judicemus: nec eam cessando, sive gauden- tem, ut Aristippus, sive non dolentem, ut hic, sed agendo aliquid considerandove quaeramus.

Aelian.
V. H.
14, 6.

Πάνυ σφοδρά ερωμένως (3) εἴκει λέγειν ὁ Αρι-
σιππος, παρεγγυών, μήτε τοῖς παρελθούσιν επικαμ-
νεῖν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκαμνεῖν. Εὐθυμίας γὰρ
δειγμά τοιοῦτο, καὶ ἴλεω διανοίας ἀποδείξει.
Προσετάττε δε, εἴ ἡμέρα τὴν γνώμην εἶναι, καὶ αὐ
παλιν

(2) Qui duplicem constituunt voluptatem, *stantem et
moventem.*

(3) i. e. firmis rationibus utens.

παλιν της ἡμέρας ἐπ' ἐπειγῶ τῷ μερεῖ, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐννοεῖ. Μόνον γὰρ εφασκεν ἡμετέρον εἶναι τὸ παρον, μήτε δε τὸ φθανον (4), μήτε τὸ προσδοκῶμενον· τὸ μὲν γὰρ ἀπολαῖναι, τὸ δε ἀδηλον εἶναι, εἶπερ ἔσαι.

Φιλοσοφῶν αἵρεσεις ὅλαι της περι τὴν τρυφήν αἰ- Athenae.
ρεσεως ἀντεποιήσαντο, καὶ ἦ γε Κυρηναϊκὴ καλουμένη με 1. 12.
ἀπ' Ἀριστιπποῦ τοῦ Σωκρατικοῦ τὴν ἀρχὴν λαβούσα, ὅς ἀποδεξάμενος τὴν ἡδυκαθίαν, ταυτὴν τέλος εἶναι εφῆ, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν εὐδαιμονίαν βεβλήσθαι καὶ μονοχρόνον (5) αὐτὴν εἶναι, παρὰ πλῆσιως τοῖς ἀσώτοις οὐτε τὴν μνήμην τῶν γεγονυῶν ἀπολαύσεων πρὸς αὐτὸν ἡγούμενος, οὐτε τὴν εὐπείδιαν τῶν ἰσομένων, ἀλλ' ἐπιμονῶ τὸ ἀγαθὸν κρινῶν τῷ παρόντι. τὸ δε ἀπολαύκειν καὶ ἀπολαύσειν οὐδὲν νόμιζων πρὸς αὐτὸν, τὸ μὲν ὡς οὐκετ' ἂν, τὸ δε οὐπω καὶ ἀδηλον· ὅποιον καὶ οἱ τρυφῶντες πασχουσι, τὸ παρον εὖ ποιεῖν ἀξιουντες. Ὡμολόγησε δε αὐτοῦ τῷ δόγματι καὶ ὁ βίος; ὃν ἐβίωσεν ἐν πάσῃ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ μύρων καὶ ἐσθῆτων καὶ γυναικῶν. Λαΐδα γοῦν ἀναφανδὸν εἶχε τὴν ἑταίραν, καὶ ταῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἐχαιρεν.

CΥΡΗΝΑΙCΙ.

Ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii (6) philoso- Off. 3, 33.
phi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt: virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis; quibus obsoletis floret Epicurus, ejusdem fere adiutor auctorque sententiae.

Si esset in voluptate summum bonum, optabile Fin. 2, 34.
esset,

(4) φθανον est praeteritum tempus, ut προσδοκῶμενον futurum.

(5) Solius nimirum temporis praesentis.

(6) Anniceris ex numero successorum Aristippi quaedam in illius disciplina immutavit.

esset, in voluptate maxima, nullo intervallo interjecto, dies noctesque versari, quum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi moverentur. Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in isto genere voluptatis? Cyrenai-
ci quidem non recusant.

Tusc. 3, 13. Cyrenai-
ci non omni malo aegritudinem effici-
censent, sed insperato et nec opinato malo.

Diog. L. 1. 2. 1. 86. Οἱ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς τῆς Ἀριεῖππου μείναντες, καὶ
Κυρηναῖκοι προσαγορευθέντες, δοξάζουσιν ἑχρῶντο τοιαύ-
ταις. δύο παθῶν ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν· τὴν μὲν
λείαν κινήσιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον, τραχείαν κί-
νησιν· μὴ διαφέρειν τὴν ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἡδίων τε
εἶναι (7). καὶ τὴν μὲν, εὐδοκίαν πασι ζώοις· τὸν δὲ,
ἀποκρουστικὸν, ἡδονὴν μὲν τοὶ τῆν τοῦ σώματος, οὐ τὴν
κατασκευαστικὴν (8) ἡδονήν, τὴν ἐκ ἀναίρεσει ἀλγηδο-
νων, καὶ οἷον ἀνοχλήσιαν, ἣν ὁ Ἐπικουρὸς ἀποδέχεται,
τέλος (9) εἶναι φασί. δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εὐδαι-
μονίας διαφέρειν. τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος
ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν συ-
σημα. εἶναι τε τὴν μερικὴν ἡδονὴν αἰρετήν, τὴν δ' εὐ-
δαιμονίαν οὐ δι' αὐτήν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδο-
νας. εἶναι δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, καὶ ἀπο τῶν ἀσχη-
μοτατῶν γεννῆται. εἰ γὰρ καὶ ἡ πράξις ἀτοπὸς εἴη, ἀλλ'
οὐκ ἡ ἡδονὴ δι' αὐτὴν αἰρετὴ καὶ ἀγαθόν. ἡ δὲ τοῦ
ἀλγουντος ὑπεξαιρέσις (10) (ὡς εἰρηται παρ' Ἐπικουρῶ)
δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονή· οὐδὲ ἡ ἀηδονία ἀλγηδῶν,
ἐν κινήσει γὰρ εἶναι ἀμφοτέρω, μὴ οὐσης τῆς ἀπονίας
ἢ τῆς ἀηδονίας κινήσεως· ἐπεὶ ἡ ἀπονία οἷον εἰ κα-
θευδοντος ἐστὶ κατασκευασίς. — ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνη-
μὴν τῶν ἀγαθῶν ἢ προσδοκίαν ἡδονὴν φασί ἀποτε-
λεῖσθαι· ὅπερ ἠρῆσκεν Ἐπικουρῶ. ἐκλυεσθαι γὰρ τῷ χρο-
νῷ

(7) Nec aliud alio dulcius esse.

(8) Idem quod Ciceroni est voluptas *stans* s. *stabilis*.

(9) sc. ἀγαθῶν i. e. finis bonorum s. summum bonum.

(10) Doloris ἀμοιβή.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



πικας παθος, ουτε δ̄ πελας, μη αναδεχομενος το
επεινου. μηδενος δε κοινον παθους περι η̄μας γινο-
μενου, προπετες εσι το λεγειν, οτι το εμοι τοιον φαι-
νομενον, τοιον και τω παρεξωτι φαινεται. ταχα γαρ
εγω μεν ουτω συγκρομαι (13) ως λευκαινεσθαι υπο-
του εξωθεν προσπιπτοντος. ετερος δε ουτω κατε-
σκευασμενην εχει την αισθησιν, ωσε ετερως διατε-
θηναι. ου παντως ουν κοινον εσι το φαινομενον η̄-
μιν. — ωσε κοινα μεν η̄μας ονοματα τιθεναι τοις
πραγμασι, παθη δε γε εχειν ιδια.

Strab.
1. 12 P.
837

Ανδρες εγενοντο γνωριμοι Κυρηναιοι, Αρισιππος
τε ο Σωκρατικος, οςις και την Κυρηναϊκην κατεβα-
λετο φιλοσοφιαν, και θυγατηρ Αρητη τουνομα, η̄περ
διεδεξατο την σχολην, και ο ταυτην παλιν διαδεξα-
μενος υιος Αρισιππος, ο κληθεις Μητροδιδακτος.
και Αννικερης, ο δοκων επανορθωσαι την Κυρηναϊ-
κην αιρεσιν, και παραγαγειν αντ' αυτης την Αννι-
κεριαν.

*Praeter hos memoratu inprimis digni sunt An-
tipater, Hegesias, Theodorus, Eukemerus.*

ΑΝΤΙΠΑΤΕΡ.

Tulio. 5, 38. **I**llud Antipatri Cyrenaici est quidem paulo obscoe-
nius, sed non absurda sententia est: cujus coecitatem
quum mulierculae lamentarentur: Quid agitis, in-
quit: an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?

Η ΕΓΕΣΙΑΣ.

ib. 1, 34. **A** malis mors abducit, non a bonis, verum si quae-
rimus. Et quidem hoc a Cyrenaico Hegesia sic co-
piose disputatur, ut is a rege Ptolemaeo prohibitus
esse dicatur, illa in scholis dicere, quod multi his
auditis

(13) Ego fortasse ita sum compositus (συγκρινειν enim
commiscendi et coagmentandi vim habet) ut album
mibi videatur hoc, quod extrinsecus mibi se offert.
Alter forsan ita constitutus est, ut aliter afficiatur.

auditis mortem sibi ipsi consciscerent. Hujus Hege-
 gesiae liber est *Αποκατρεπων*, (14), in quo a vita qui-
 dam per inediam discedens revocatur ab amicis:
 quibus respondens vitae humanae enumerat incom-
 moda. Possem id etiam facere; etsi minus quam
 ille, qui omnino vivere expedire nemini putat.

Quantum eloquentia valuisse Hegeſiam, Cyre- Valor. M.
l. 8. c. 9.
 naicum philosophum, arbitramur? qui sic mala
 vitae repraesentabat, ut, eorum miseranda ima-
 gine audientium pectoribus inserta, multis vo-
 luntariae mortis oppetendae cupiditatem ingene-
 raret; ideoque a rege Ptolemaeo ulterius hac de
 re differere prohibitus est.

T H E O D O R U S.

Cyrenaicum Theodorum, philosophum non igno- Tusc. 1,
43.
 bilem, nonne miramur? Cui quum Lyſimachus
 rex crucem minaretur: Istis quaeso, inquit, ista hor-
 ribilia minitare, purpuratis tuis. Theodori quidem
 nihil intereſt, humine an sublime putrefcat.

Theodorus Lyſimacho mortem minitanti: ib. 5, 40.
 Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim
 consecutus es.

Nullos esse omnino deos Diagoras Melius et Nat. deor. l. 1. c. 1.
 Theodorus Cyrenaicus putaverunt.

Quid? Diagoras, atheos qui dictus est, postea- ib. 1, 23.
 que Theodorus, nonne aperte Deorum naturam
 sustulerunt?

E U H E M E R U S.

Quid? qui aut fortes aut claros, aut potentes viros ib. 1, 42.
 tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse
 ipsos, quos nos colere, precari, venerarique solea-
 mus,

(14) *αποκατρεπων* est, qui cibo abstinet, ut a vita per
 inediam discedat.

mus, nonne expertes sunt religionum omnium? quae ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est, praeter ceteros, Ennius. Ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum? Utrum igitur hic confirmasse videtur religionem, an penitus totam sustulisse?

Sext. E.
a. M. l. 9.

Εὐήμερος, ὁ ἐπικληθεὶς ἀθεός, φησὶν ὅτ' ἦν ἀτακτός ἀνθρώπων βίος, οἱ περιγενομένοι τῶν ἄλλων ἰσχυεῖ τε καὶ συνέσει, ὥστε πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν κελευόμενα πάντα βίου (15), σπουδαζόντες μείζονος θαυμασμοῦ καὶ σεμνοτήτος τυχεῖν, ἀνεπλάσαν περὶ αὐτοὺς ὑπερβαλλούσαν τινα καὶ θεῖαν δύναμιν, ἐνθεν καὶ τοὺς πολλοὺς ἐνομισθήσαν θεοὶ.

Lactant.
l. 1. c. 11.

Antiquius auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messene, res gestas Jovis et ceterorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphylii (16), ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove, titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius et secutus, cujus haec verba sunt ibi: Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut insulis omnibus, et, quae secus mare essent, locis regnaret.

Clem. Al.
Protrept.
p. 20.

Θαυμάζειν ἐπεισὶ μοί, ὅτῳ τρόπῳ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντινον, καὶ Διαγοραν καὶ Ἴπωνα τὸν Μηλιον, τὸν τε Κυρηναῖον ἐπὶ τοῦτοις ἐκείνον, ὁ Θεόδωρος

(15) Ut ad eorum iussa omnes vitam componerent.

(16) In Insula Oceani Arabici Panchaia, cujus incolae ex trium φυλῶν constabant, ut narrat Diodorus Sic l. V. c. 45. Hinc Jovis Triphylii nomen. Universam tamen Panchaiam ab Euhemero esse confictam, affirmat Plutarchus de Isid. et Osir.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

Athen.
I. 4. p. m.
168.

Τους ασωτους και τους μη εκ τινος περιορισιας ζωντας το παλαιον εκαλονν τε οι Αρσοπαγίται και εκολαζον. Μενεδημον γουνν και Ασκληπιαδην τους φιλοσοφους, κρους ακτας και πενομενους, μεταπεμψαμενοι, ηρωτησαν, πως ολας τας ημερας τοις φιλοσοφοις συσχολαζοντες, κεκτημενοι δε μηθεν, ευεκτουσιν ετω τοις σωμασι· και οι εκελευσαν μεταπεμφθηναι τινα των μυλωθρων. ελθοντος δε εκεινου και ειποντος, οτι νυκτος εκασης κατιοντες εις τον μυλωνα και αλωνντες δυο δραχμας αμφοτεροι λαμβανουσι, θαυμασαντες οι Αρσοπαγίται διακροσιαις δραχμαις ετιμησαν αυτους.

X. MEGARICI SEU ERISTICI.

Ac. 2, 42. **M**egaricorum fuit nobilis disciplina; cujus, ut scriptum video, princeps Xenophanes, deinde eum secuti Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur (1). Post

EUCLIDES,

Socratis discipulus MEGAREUS: a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem semper.

A. Gell.
N. A. 6,
10.

Decreto suo Athenienses cavebant, ut, qui Megaris civis esset, si intulisset Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium. Tum Euclides, qui in eadem Megaris erat, qui que ante id decretum et esse

(1) Megarici philosophi quum non solum dogmata quaedam sed imprimis acrem istam et sophisticam disputandi rationem accepissent ab Eleaticis, dialectices litigiosae auctoribus, non mirandum, Cicero nem h. h. Megaricae scholae origines ab Eleaticis repetero.

esse Athenis et audire Socratem consueverat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem, quum advesperasceret, tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus et caput rica velatus e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commiebat; ut vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque ejus fieret particeps: rursusque sub lucem millia passuum paullo amplius viginti, eadem veste illa tectus, redibat.

Ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις εσχέ ποτε καὶ φιλοσοφῶν διατριβᾶς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Ευκλείδην διαδεξαμένων Σωκρατικόν, Μεγαρεᾶ το γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἡλείον οἱ Ἡλιακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικόν, Μενεδημόν δὲ τὸν Ερετριεῖα οἱ Ερετριακοί.

Sirabo
l. 9. P.
393.

Ευκλείδης ἀπὸ Μεγαρῶν τῶν πρὸς Ἰσθμῶ· ἕτος· καὶ τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μεγαρικοὶ προσηγορευόντο, εἰτ' ἐριστικοί, ὑπερόν δὲ διαλεκτικοί, ἕς ἕτως ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος (2), διὰ τὸ πρὸς ἐρωτήσιν τοὺς λόγους διατιθεσθαι. πρὸς τοῦτον φησὶν ὁ Ἑρμόδωρος (3) ἀφικεσθαι Πλάτωνα καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοσοφοὺς μετὰ τὴν Σωκράτους τελευτήν, δεισαντάς τὴν ὀμότητά τῶν τυραννῶν.

Diog. L.
l. 2. l. 106.

EUBULIDES.

Τῆς Ευκλείδου διαδοχῆς εἰσι καὶ Ευβουλίδης ὁ Μη- λησιος, ὅς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρωτήσῃ, τὸν τε Ψευδομένον καὶ Ηλεκτραν καὶ Ἐγκεκαλυμμένον καὶ Σωρείτην, καὶ Κερατινήν.

ib. l. 108.

Ut intelligantur nomina harum argumentationum captiosarum, in quibus mirifice sibi placebant

H 2

Eri-

(2) Scriptor obscurus. Legendum aliis videtur Καλχηδόνιος, aliis Καλχηδόνιος. vid. Menage ad Diog. L.

(3) Hermodorus Siculus, Platonis discipulus, non multo notior est Dionysio illo.

Eristici philosophi, eoque simul misera dialecticae hujus philosophiae faties, in ejusmodi nugis ac tricis occupatae, perspicitur, eorum explanationes ex antiquis auctoribus petitas adjiciam.

Ψευδομενον, i. Mentientem Cicero (Acad. 2, 30) ita explicat: Si dicis te mentiri verumque dicis, mentiris. Dicis autem te mentiri, verumque dicis. Mentiris igitur.

Electram et Velatum (Εγκεκαλυμμενον) optime explicat et deridet Lucianus in festivo illo dialogo (βίων πρασις); quo philosophos auctionis lege vendi fingit. Emptorem ibi atque Chrysippum, qui et ipse talium sophismatum amore tenebatur, ita loquentes facit:

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ. Θαρρει· αλλα γαρ σε διδαξομαι θαυμασιωτερα.

ΑΓΟΡΑΣΤΗΣ. Τα ποια;

ΧΡΥΣ. Την Ηλεκτραν και τον Εγκεκαλυμμενον.

ΑΓΟΡ. Τινα τουτον Εγκεκαλυμμενον η τινα την Ηλεκτραν λεγεις;

ΧΡΥΣ. Ηλεκτραν μεν εκεινην, την Αγαμεμνονος, η τα αυτα οιδε τε· αμα και αυκ οιδε· παρεσωτος γαρ αυτη του Ορεσου ετι αγνωτος, οιδε μεν Ορεσην, οτι αδελφος αυτης· οτι δε ετος Ορεσης, αγνοει (4). Τον δ' αυ Εγκεκαλυμμενον και πανυ θαυμασον ακουση λογον· αποκριναι γαρ μοι· των πατερα οισθα τον σεαυτου;

ΑΓΟΡ. Ναι.

ΧΡΥΣ. Τι ουν; ην σοι παρασησας τινα εγκεκαλυμμενον, ερωμαι, τουτον οισθα; τι ψησεις;

ΑΓΟΡ.

(4) Electra enim, quum frater Orestes, quem infantem ipsa a patris domo ablegaverat et peregre educantibus curaverat, rediret patris Agamemnonis caedem ulturus, non statim agnovit fratrem. Vid. Aeschyli Choe-phorae, et Sophoclis atque Euripidis Electra.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



N. A.
l. 16, 2.

Legem esse ajunt disciplinae dialecticae, si de quapiam re quaeratur disputeturque, atque ibi quid rogare, ut respondeas: tum ne amplius quid dicas, quam id solum, quod es rogatus, aut ajas aut neges, eamque legem qui non servant et aut plus aut aliter, quam sunt rogati, respondeant, existimantur rudes indoctique esse, disputandique morem atque rationem non tenere. Hoc quidem, quod dicunt, in plerisque disputationibus procul dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexplicabilisque sermo fiet, nisi interrogationibus responsionibusque simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quaedam videntur, in quibus si breviter et ad id, quod rogatus fueris, respondeas, capiare. Nam si quis his verbis interroget: postulo uti respondeas, *desierisne facere adulterium an non?* utrumcunque dialectica lege responderis, sive ajas, sive neges, haerebis in captione, tanquam si te dicas adulterum. Sed quod minus est in interrogatione, id est addendum. Nam qui facere non desinit, non id necessario etiam fecit; falsa igitur est species istius captionis: et nequaquam procedere ad id potest, ut colligi concludique possit, eum facere adulterium, qui se negaverit facere desisse. Quid autem legis istius propugnatores in illa captionuncula facient, in qua haerere eos necessum est, si nihil amplius, quam quod interrogati erunt, responderint? Nam si ita ego istorum aliquem rogem: *Quidquid non perdidisti, habeasne an non habeas?* postulo ut ajas, aut neges: utrumcunque breviter responderit, capietur. Nam si, non habere se, negaverit, quod non perdidit; colligetur, oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin vero habere se dixerit: colligetur *eum habere cornua, quae non perdidit*. Rectius igitur cautiusque ita respondebitur: *quidquid habui, id habeo,*

si id non perdidit. Sed hujuscemodi responsio non fit ex ea lege, quam diximus. Plus enim quam quod rogatus est, respondet; et propterea id quoque ad eam legem addi solet, non esse captiosis interrogationibus respondendum.

Excelluere praeterea inter Megaricos Alexinus, Diodorus cognomine Cronus, et Stilpo, de quibus ita Cicero, ubi contra Lucillum, Academicos impugnantem, disputat:

Habeo molestos vobis (6), sed minutos, Stilponem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta et aculeata quaedam, sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusivulae. Acad. 2,
24.

In hoc ipso, quod in elementis dialectici docent, quomodo judicare oporteat, verum-falsumne sit, si quid ita connexum est ut hoc: Si dies est, lucet — quanta contentio est! Aliter Diodoro, aliter Philoni (7), Chrysippo aliter placet. ib. 2, 47.

Chrysippo cum Diodoro, valente Dialectico, certamen est: hic enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum aut futurum sit verum, et, quidquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse; et quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Chrysippus, et quae non sunt futura, posse fieri dicit, ut frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit: neque necesse fuisse, Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editam esset. Fat. 6.

Ad hanc Diodori de eo, quod fieri aut non fieri possit, sententiam, illiusque cum Chrysippo Stoi-

H 4

co

(6) Qui esse *καταληπτα* i. e. quae comprehendi et certo cognosci possunt, confirmare conamini.

(7) Philo cognomine Dialecticus, Diodori Croni discipulus, (Diog. L. 7, 16.) a quo in ipsis principiis dialecticis dissidebat.

co controversiam respicit Cicero in epistola quadam ad Varro^{nam}, ubi ita jocatur:

Fam. 9, 4. Περὶ δυνατῶν με scito κατὰ Διοδώρον κρινεῖν. Quapropter, si venturus es, scito necesse esse, te venire; sin autem non es, τῶν ἀδυνατῶν est, te venire. Nunc vide, utra te κρισις magis delectet, Χρυσίππειά ἢ, an haec, quam noster Diodorus non concoquebat, Sed de his etiam rebus, otiosi quum erimus, loquemur; hoc etiam κατὰ Χρυσίππον δυνατόν est.

Sext. E. Περὶ τοῦ Ἡροφίλου τοῦ ἰατροῦ χαριεν ἀπομνη-
Pyrh. H. μονεῦμα. συνεχρονισε γὰρ οὗτος Διοδώρῳ, ὅς ἐν ἀπει-
l. 2, c. 22. ροκαλίῳ τῇ διαλεκτικῇ λόγους διεξήκει σοφιστικούς, κατὰ
τε ἄλλων πολλῶν καὶ τῆς κινήσεως. (εἰ κινεῖται τι, ἢ οὐκ
ἐν ᾧ ἐστὶ τόπων κινεῖται, ἢ ἐν ᾧ οὐκ ἐστὶν. Οὐτε δὲ,
ἐν ᾧ ἐστὶ μένει γὰρ. Οὐτε δὲ, ἐν ᾧ μὴ ἐστὶ πῶς γὰρ
ἀν ἐνεργοῖ τι ἐν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἐστὶν;
Οὐκ ἀρα κινεῖται τι), ὡς οὖν ἐκβαλῶν ποτε ὠμον ὃ
Διοδώρος ἦκε θεραπευθῆσομενος ὡς Ἡροφίλον, ἐχα-
ριεντισατο ἐκεῖνος πρὸς αὐτὸν, λέγων· ἢ οὐκ ἐν ᾧ ἦν
τόπων ὃ ὠμον, ἐκπεπτῶκεν, ἢ ἐν ᾧ οὐκ ἦν. Οὐτε δὲ
ἐν ᾧ ἦν, οὐτε ἐν ᾧ οὐκ ἦν, Οὐκ ἀρα ἐκπεπτῶκεν;
ὡς τὸν σοφιστὴν λιπαρεῖν, εἰ μὲν τοὺς τοιοῦτους λό-
γους, τὴν δὲ ἐξ ἰατρικῆς ἀρμοζούσαν αὐτῷ προσάγειν
θεραπείαν.

Plin. Pudore obiit Diodorus, sapientiae dialecticae
H. N. 7, professor, lusoria quaestione non protinus ad in-
53. terrogationes Stilponis dissoluta.

ΣΤΙΛΠΩΝ.

Diog. L. Στίλπων Μεγαρεύς, διηκούσε μὲν τῶν ἀπὸ Εὐ-
l. 2, l. 113. κλείδου τινῶν· οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκουσαί
φασιν αὐτὸν. Τοσοῦτον δ' εὐρεσιλογία καὶ σοφί-
σεια προηγέ τους ἄλλους, ὥστε μικροῦ δεῖσαι, πᾶσαν
τὴν Ἑλλάδα ἀφορώσαν εἰς αὐτὸν μεγαρίσαι (8).

Stil-

(8) i. e. ita superavit alios, ut parum abesset, quin tota Graecia ad eum respiciens illius disciplinae nomen daret.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

(46) ὁ τοῦδε το παν γεννησας. Juvat h. l. alia nonnulla adscribere nomina, quibus Deum illum summum compellere solet Plato. Vocatur igitur ab eo δημιουργος. ὁ ποιητης και πατηρ τουδς του παντος. ὁ επι πασι θεος, της φυσικως κτισης, του παντος αρχη, παντων αιτιον, νους παντων βασιλευς, νους αυτοκρατωρ, παντα κοσμων, δια παντων ιων, του παντος κυβερνητης. το ον αιει, γενειν δ' ουκ εχον. ὁ πρωτος θεος, ὁ μεγατος δαιμων, ὁ μεγατος θεων, ὁ ἡλιον γεννησας. ὅς γην, ουρανον και παντα τα εν ουρανω και τα εν ἄδρου και ὑπο γης ἅπαντα εργαζεται. vid. Cudworth p. 484. Difficilis tamen explicatu est locus quidam (de Rep. X), ubi ita scribit: Ὁ αυτος χειροτεχνης ον μονον παντα οιος τε σκευη ποιησαι, αλλα και εκ της γης φρομνα ἅπαντα ποιει, και ζωα παντα εργαζεται τε αλλα και ΕΑΤΤΟΝ. Moshemius (ad Cudw p. 486.) hoc ad aeternam Dei de se ipsius ideam refert,

(47) scil. aërium, terrestre atque aquatile.

(48) Falsissime haec Cicero vertit. Graeca sunt: δι' εμου δε ταυτα γενομενα και βιου μετασχογια, θεοις ισαζοιτ' αν. Haec si a me crearentur, diis adaequarentur. — Pla-

tonis

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



igitur omnino constituto, sideribus parem numerum distribuit animorum, et singulos adjunxit ad singula, atque ita quasi in currum universitatis impofuit, commonstravitque leges fatales ac necessarias, et ostendit, primum ortum unum fore omnibus (52) eumque moderatum atque constantem nec ab ullo imminutum (53): satis autem et quasi sparsis animis, fore, uti certis temporum intervallis oriretur animal, quod esset ad cultum Deorum aptissimum. Sed quum duplex esset natura generis humani, sic se res habebant, ut praestantius esset genus eorum, qui essent futuri viri. Quum autem animos corpori (54) cum necessitate inieisset, quumque ad corpora necessitate tum accessio fieret, tum abscissio; necesse erat, sensum existere unum communemque omnium, vehementiore motu excitato conjunctoque naturae: deinde voluptate et molestia mixtum amorem: post iram, et metum et reliquos motus animi, comites superiorum, et his etiam contrarios dissidentes; quos qui ratione rexerit, iuste vixerit; qui autem his se dediderit, injuste. Atque ille, qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit, ad illud astrum, quocum aptus fuerit, revertetur. Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram

(52) Docet h. l. animorum humanorum praexistentiam. Omnes uno eodemque tempore orti sunt, inque stellis habitant, donec eorum quisque suo, sed alius alio tempore, in corpus descendat.

(53) Haec rursus perperam vertit Cicero. — *ὅτι γενεσις πρώτη μὲν εἶτο τεταγμένη μὴ πᾶσιν, ἵνα μὴ τις ἐλάττοιο ὑπ' αὐτοῦ* i. e. ne quis horum animorum aliis postponeretur, iisque quasi inferior esset.

(54) Sic dedi pro vulg. *animis corpora* postulante et sensu et textu Graeco.

ram muliebrem transferet (55). Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam jactabitur, et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur: neque malorum terminum prius adspiciet, quam illam sequi coeperit conversionem, quam habebat in se ipse; Ejusdem et Unius, simul innatam et insitam. Quod tum eveniet, quum illa, quae ex igne, aëre, aqua atque terra turbulenta et rationis expertia insederint, denique ratione depulerit, et ad primam atque optimam affectionem animi pervenerit. Quae quum ita designasset, seseque, siquid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset; alios in terra, alios in luna, alios in reliquis mundi partes, quae sunt ad spatiorum temporis significationem notae constitutae, spargens quasi serebat.

Post

(55) Dogma de Métempsychosi Plato ex Pythagorica schola receperat, sed paululum immutavit illud, quod vel ex hoc loco apparet. — Adjiciam adhuc unum Platonis locum de hac animarum migratione. In Phaedone c. 31. inter alia ita loquentem facit Socratem: *Αἱ τῶν φανύλων ψυχαὶ ἀναγκάζονται πλανασθαι, δικὴν τινοῦσαι τῆς προτέρας τροφῆς κακῆς οὐσης. Καὶ μέχρι γὰρ τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν τῆ τοῦ ξυνεπακολουθουντος τοῦ σωματοειδους ἐπιθυμῶν παλιν ἐνδεδῶσιν εἰς σῶμα. Ἐνδύνονται δὲ, ὡς περ εἰκος, εἰς τὰ τοιαῦτα ἡθῆ ὅποια αὐτῶν καὶ μεμελετηκῆναι τυγχῶσιν ἐν τῷ βίῳ. Οἷον, τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὑβρείς καὶ φιλοτησίας μεμελετηκότας, εἰς τὰ τῶν οὐγῶν γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκος ἐνδνεῖσθαι. — Τοὺς δὲ γὰρ ἀδικίας τε καὶ τυραννίδας καὶ ἄρπαγας προτιμηκότας, εἰς τὰ τῶν λυκῶν τε καὶ ἰερακῶν καὶ ἰκτινῶν γένη. — Τοὺς δὲ τὴν δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότας, ἣν δὲ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ εἶδους τε καὶ μελέτης γεγονῆναι ἀνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ, τοὺς εἰκος εἰς τοιοῦτον παλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικὸν καὶ ἡμέρον γένος, ἢ πού μελιτῶν ἢ σφηκῶν ἢ μύρμηκων, ἢ καὶ εἰς τῆν αὐτὸν γὰρ παλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ γιγνεσθαι ἐξ αὐτῶν ἀνδρας μετρίους. Εἰς δὲ γὰρ θεῶν γένος, μὴ φιλοσοφῆσαντι καὶ παντελῶς καθάρῳ ἀπιοντι οὐ θεμῖς ἀφικνεῖσθαι ἀλλῶ ἢ τῷ φιλομαθῆι.*

Post autem rationem eam diis, ut ita dicam, junioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, id omne et quae sequentia essent, perpolirent et absolverent: deinde ut huic animanti principem se ducemque praeberet, vitamque ejus pulcerrime regeret et gubernaret: nisi quatenus ipse benefactus sua culpa sibi aliquid miseriae quaereret. Atque is quidem, qui cuncta composuit, in suo manebat statu; qui autem erant ab eo creati, quum parentis ordinem cognovissent, hunc sequebantur. Itaque quum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem et effectorem sui, particulas ignis et terrae et aquae et aëris a mundo, quas rursus redderent⁽⁵⁶⁾, mutuabantur, easque inter se copulabant, haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quae cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis interjectis, unum efficiebant ex omnibus corpus, itemque in eo animi divini ambitus illigabant.

In postrema parte Timaei, cujus versio a Cicero conscripta perit, materiae natura et corporum ex ea genesis fusius docetur, sed pleraque adeo obscura sunt, ut jam antiquiores Platonis interpretes sensus illius saepissime latuerit. Hinc nos quoque filum abrumpimus, adjecto solummodo fine totius dialogi.

Θνητα και αθανατα ζωα λαβων και συμπληρωθεις οδε ο κοσμος, ετω ζων ορατον, τα ορατα περιεχον, εικων του νοητου θεου⁽⁵⁷⁾; αισθητος μεγιστος

(56) Gr. απο του κοσμου δανειζομενοι μορια ως αποδοθησομενα παλιν, εις ταυτο λαμβανομενα συνεπολλων. Non bene igitur vertit Cicero αποδοθησομενα quas rursus redderent, quum non dñi illi creatores, sed homines creati eas sint reddituri.

(57) Νοητος θεος h. l. sine dubio est κοσμος νοητος, ad
cujus

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

4. Mundum hunc quavis ratione optimum esse; quatenus non repugnarit materiae natura.

5. Animari eum ab anima quadam, proorsus tamen a Deo summo distincta, qua in re discessit Plato a Pythagora, qui ipsum Deum pro anima mundi haberet (vid. p. 54.) quod postea Stoicis quoque placuit.

6. Hanc tamen animam divinam esse. Quare et Dei nomine eam ornat, sicut ipsum quoque mundum ab ea animatum.

7. Unam tantummodo ejusmodi animam esse. Non enim audiendi sunt juniores Platonici, qui Platonem duas statuisse animas mentiuntur, unam *συκοσμιον*, alteram *ὑπερκασμιον*, quam posteriorem ad ipsius Dei naturam pertinere censebant, ut quandam Dei trinitatem effingerent (59). Non tamen a Platonis mente abhorret bruta illa mundi anima, de qua loquitur Plutarchus (in *Psychogonia Timaei*), quae aeternum eumque turbulentum materiae motum effecerit, omnisque mali causam contineat; admista tamen meliori quadam divinae naturae parte emendata sit.

8. In creatione hominis usum esse Deum diis quibusdam minoribus, antea ab ipso creatis (60).

Nat. d 2,
12.

Audiamus Platonem, quasi quendam Deum philosophorum, cui duo placet esse motus, unum suum, alterum externum: esse autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsu agitetur alieno. Hunc autem motum in solis ani-

(59) Prima hypostasis illis vocatur τ' αγαθον vel εν προ παντων etc. altera λογος vel νοος, tertia ψυχη (sc. ὑπερκασμιος illa.)

(60) Ceterum de Timaei dispositione et argumento et imprimis de creatione animae mundi prae ceteris legi merentur, quae scripsit doctissimus Meiners (Bermischte Schriften Th. I. 1—60.).

animis esse ponit, ab hisque principium motus esse ductum putat.

Duos adhuc Platonis locos adjiciam, alterum de daemonibus, alterum de providentia divina.

Παν το δαιμονιον μεταξυ εσι θεου και θνητου. „Τινα δυναμιν εχον;“ Ερμηνευον και διαπορ-
 θμευον θεοις τα παρ' ανθρωπων, και ανθρωποις τα
 παρα θεων, των μεν τας δεησεις και θυσιας, των
 δε τας επιταξεις τε και αμοιβας των θυσιων. - Εν
 μεσω δε ον αμφοτερων ξυμπληροι, ωσε το παν αυτο
 αυτω ξυνδεσθαι. δια τουτου και η μαντικη πασα
 χωρει, και η των ιερεων τεχνη των τε περι τας θυ-
 σιας και τας τελετας και τας επωδας και την μαν-
 τικην πασαν και γοητειακ. θεος δε ανθρωπω ου μι-
 γνυται, αλλα δια τουτου πασα εσιν η ομιλια και η
 διαλεκτος θεοις προς ανθρωπους, και εγρηγοροσι
 και καθευδουσι. ουτοι δη οι δαιμονες πολλοι και
 παντοδαποι εισιν. εις δε τουτων εσι και ο Ερωσ.

Sympos.
 T. 3. p.
 202.

Τον δε ηγουμενον θεους ειναι, μη φροντιζειν δε
 αυτους ανθρωπινων πραγματος, παραμυθητεον. Ω
 αριξε δη (φωμεν) οτι μεν ηγη θεους, συγγενεια τις
 ισως σε θεια προς το ξυμφυτον αγει τιμαν και νο-
 μιζειν ειναι. Κακων δε ανθρωπων και αδικων τυ-
 χαι, αληθεια μεν ουκ ευδαιμονες, δοξα δε ευ-
 δαιμονιζομεναι αγουσι σε προς ασεβειαν. η και
 προς τελος ισως ανοσιους ανθρωπους ορων ελθον-
 τας γεραιους, παιδας παιδων καταλιποντας εν τι-
 μαις ταις μεγαλαις, ταραττη τα νυν εν απασι του-
 τοις. — Αλλ' ουδεν ταχ' αν ισως ειη χαλεπον, ενδει-
 ξασθαι τουτο γε, ως επιμελεις σμικρων εισι θεοι
 ουχ ηττον η των μεγαθει διαφεροντων. αγαθοι γαρ
 οντες πασαν αρετην, την των παντων επιμελειαν
 οικειοτατην αυτων ουσαν κεκτηνηται. — Αργια δε
 δε και ραθυμια ουδεις αμελει θεων. — Θεων γε μην
 κτηματα φαμεν ειναι παντα οπρσα θνητα ζωα.
 Ηδη τοι νυν σμικρα η μεγαλα τις φατω ταυτα ειναι
 τοις θεοις. ουδετερωσ γαρ τοις κεκτημενοις ημασ

Leg. 1. 10
 T. 2. p.
 899.

ἀμελεῖν ἀν' εἰη προσήκον, ἐπιμελεσάταις γε. οὐσι καὶ ἀριστοῖς. — Ἰατρῷ δέ, προστεταγμένον ὅλον τι θεραπεύειν βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ, τῶν μὲν μεγάλων ἐπιμελουμένῳ, τῶν μικρῶν δὲ καὶ σμικρῶν ἀμελοῦντι, ἔξει ποτε καλῶς αὐτῷ τὸ παν; „Οὐδαμῶς.“ — Οὐδὲ ἀνεὺ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασιν οἱ λιθολογοὶ λίθους εὐ κείσθαι. Μητοίνυν τὸν γε θεὸν ἀξιῶμεν ποτε θνητῶν δημιουργῶν φαυλοτέρῳ, οἷ τα προσήκοντα αὐτοῖς ἐργα, ὅσπερ ἀν' ἀμεινούς ᾧσι, τοσῶ ἀκριβεστέρα καὶ τελεώτερα μίᾳ τεχνῇ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ θεόν, οὐτὰ τε σοφώτατον, βουλομένον τ' ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυναμένον, ὧν μὲν ῥα οὐκ ἦν ἐπιμελήθηται σμικρῶν οὐτῶν, μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι, καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλὸν τινα διαπονούς ῥαθυμούντα· τῶν δὲ μεγάλων. „Μηδαμῶς δοξάν τοιαυτὴν περὶ θεῶν ἀποδεχόμεθα. οὐδαμῇ γάρ οὐτε ὄσιον οὐτ' ἀληθὲς διάνοημα διανοούμεθ' ἀν.“ — Πειθώμεν τὸν νεανίαν φιλαίτιον τῆς ἀμελείας περὶ θεῶν, ὡς τῷ παντός ἐπιμελουμένῳ πρὸς τὴν σωτηρίαν καὶ ἀρετὴν τοῦ ὅλου παντ' ἐσι συντεταγμένα, ὧν καὶ τὸ μέρος εἰς δυνάμιν ἕκαστον τὸ προσήκον πασχει καὶ ποιεῖ. — ὧν ἓν καὶ τὸ σον, ὡ σχετλίε, μορίον εἰς τὸ παν ζύντειναι βλέπονται, καὶ περὶ πανσμικρον οὐ. — Πᾶς ἰατρός καὶ πᾶς ἐντεχνος δημιουργός, παντός μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται, πρὸς τὸ κοινῇ ζύντεινων βελτίσθον· μέρος μὲν ἕνεκα ὅλου καὶ οὐχ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀπεργάζεται. συ δὲ ἀγανακτεῖς, ἀγνοῶν, ὅπῃ τὰ περὶ σε ἀριστον τῷ παντι ζυμβαίνει καὶ σοι. — — Οὐδὲν ἄλλο ἐργὸν τῷ θεῷ λείπεται πλην μετατίθεναι τὸ μὲν ἀμεικρον γενομένον ἠθος εἰς βελτίω τόπον, χείρον δὲ εἰς τὸν χείρονα, κατὰ τὸ πρέπον αὐτῶν ἕκαστον, ἵνα τῆς προσήκουσας μοίρας λαγχάνῃ. — Αὐτῇ τοι δίκη ἐστὶ θεῶν, οἱ Ὀλύμπου ἐχούσιν. — Καὶ οὐκ ἀμελήθησῃ ποτὲ ὑπ' αὐτῆς. οὐχ' οὕτω σμικρὸς ὡν δυσὴ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος· οὐδ' ὑψηλὸς γενομένος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ. Τίσεις δὲ αὐτῶν τὴν προσήκουσαν

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Multus est Aristoteles in refutandis Ideis Platonis. Inter alia ita scribit:

Metaph.
I, 7.

Το λεγειν παραδειγματα ειδη ειναι, και μετεχειν αυτων ταλλα, κενολογειν εσι και μεταφορας λεγειν ποιητικας. — εσαι τε πλειω παραδειγματα του αυτου, ωσε και ειδη, οιον το ανθρωπος (leg. videtur του ανθρωπου) το ζων, το διπουν, αμα δε και το αυτο ανθρωπος (62): — ετι δοξειεν αν αδυνατον, ειναι χωρις την ουσιαν και ου η ουσια. ωσε πως αν αι ιδεαι, ουσιαι των πραγματος ουσαι, χωρις ειν;

Idem alio loco, ubi tamen Platonem non nominat, quatenus nullum dubium sit, de hoc sermone esse:

Met. 13, 4.

Συμβη η περι των ειδων δοξα τοις ειπουσι δια το πεισθηναι περι της αληθειας τοις Ηρακλειτειοις λογοις, ως παντων των αισθητων αι ρεοντων. ως; ειπερ επισημη τινος εσαι και φρονησις, ετερας δειν τινας φυσεις ειναι, παρα (praeter) τας αισθητας, μενουσας. ου γαρ ειναι των ρεοντων επισημη. — Ο μεν Σωκρατης τα καθολου (universalia) ου χωρισα εποiei. οι δε (Platonem innuit) εχωρισαν, και τα τοιαυτα των οντων ιδεας προσηγορευσαν,

Aristoteles igitur, ut ex hoc loco, aliisque locis apparet, magistri sententiam ita intellexit, ut eum statuisse crederet, Ideas esse substantias quasdam separatim existentes. Vehementer enim non solum recentiores, sed ipsi jam veteres inter se dissidebant, utrum Platonis species et exempla rerum naturae sint ex dei intelligentia procreatae, et extra eam separatim existentes, an vero notiones tantum animi divini nec idcirco extra Deum constitutae; quod posterius

(62) Sensus est: Unius ejusdemque rei plura erunt exemplaria e. g. hominis, cujus aliud existat necesse est exemplar, quatenus homo, aliud quatenus animal, aliud denique, quatenus bipes est.

saepius non solum illis, quos vulgo Neoplatonicos vocant, placuit (ita tamen, ut λόγον vel secundam divinitatis hypostasin haec rerum exemplaria continere dicerent) sed etiam Plutarcho aliisque. Plutarchus quidem ita scribit:

Ἰδέα ἐξ ἑκ οὐσίας ἀσώματος, αὐτὴ μὲν μὴ ὑφεσώσα καὶ αὐτὴν, εἰκονίζουσα δὲ τὰς ἀμορφοὺς ὕλας καὶ αἰτία γενομένη τῆς τούτων δειξέως. Σωκράτης καὶ Πλάτων χωρίζας τῆς ὕλης οὐσίας τὰς ἰδέας ὑπολαμβάνει, ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ἐν ταῖς φαντασίαις τοῦ θεοῦ, τούτεσι τοῦ νοῦ, ὑφεσώσας. Plac. Phil. 10.

Omnino fatendum est, Platonem saepius Ideas suas describere ut res peculiari substantia et existentia praeditas, saepe tamen ita de iis loqui, quasi nonnisi divinae intelligentiae notiones de rerum essentiis sint, quas deus mundum creaturus respexerit. Quare rectissime Cyrillus contra Julian. p. 60

Τὰς ἰδέας ποτε μὲν οὐσίας, καὶ ὑφεσῶσαι καὶ ἑαυτὰς διίσχυρίζεται Πλάτων, ποτε δὲ καὶ ἐννοεῖσθαι εἶναι θεοῦ διορίζεται.

Psychologica

Pythagoras primum, dein Plato animum in duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participem rationis ponunt tranquillitatem i. e. placidam quietamque constantiam: in illa altera motus turbidos quum irae tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi.

Plato triplicem (63) finxit animum, cujus principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit: ib. 1, 10.

L 3

suit:

(63) Non haec repugnant superioribus, ubi duas animi partes Plato statuisse dicebatur. Eam enim animi partem, quae rationis expertis est, rursus dividebat in duas

fuit: et duas partes ei parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.

Tusc. 1,
24. Habet animus hominis memoriam, et eam infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult vitae superioris; nam in illo libro, qui inscribitur Menon, pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati; ad ea sic ille respondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo, si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo sermone, quem habuit eo ipso die, quo excessit e vita (64). Docet enim quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare, se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere: nec vero fieri ullo modo posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas *ενοιαις* vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. Magnoque est argumento, homines scire pleraque ante quam nati sint, quod jam pueri, quum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari.

Si,

duas partes, quae sunt *θυμος* et *επιθυμια*, locis tamen discretas. vid. Timaeus p. 76. T. 3. ed Steph. Libro IX. de Rep. T. 2. p. 580. scribit: *Ψυχη ενος εκασου τριχη διηρηται· το μεν, ω̄ μανθανει ανθρωπος· το δε, ω̄ θυμουται· το δε τριτον, επιθυμητικον κεκληκαμεν δια σφοδροτητα των τε περι εδωδην επιθυμιων και ποσιν και αφροδισια, και οσα αλλα τουτοις ακολουθα.*
 (64) De eo, quem in Phaedone exposuit Plato, loquitur, ubi conf. c. 18 — 22.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

se moveri: quod quum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena, moveri, nec accidere posse, ut ipse unquam a se deferatur. Ex quo efficitur aeternitas.

Div. I, 37. Negat, sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse, quod idem dicit Plato: quem, si placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur, ut in Phaedro Platonis laudatus est. *Ibi enim inter alia ita loquitur Socrates:*

Νυν δε τα μεγαλα των αγαθων ημιν γιγνεται δια μανιας, θεια μεντοι δοσει δεδομενης. ητε γαρ δη εν Δελφοις προφητις, αι τ' εν Δοδωνη ιερειαι, μανεισαι μεν πολλα δε και καλα ιδια τε και δημοσια την Έλλαδα ειργασαντο σωφρονουσαι δε, βραχεια η ουδεν.

E t h i c a q u a e d a m .

Tusc. 5. **A** pud Platonem saepe haec oratio usurpata est, ut
12. nihil praeter virtutem diceretur bonum: velut in Gorgia Socrates, quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret: Haud scio, inquit; nunquam enim cum eo collocutus sum. (*cetera lege p. 96*). Sed certe miser est Archelaus, si injustus. Videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere? Quid vero? in Epitaphio (65) quomodo idem? Nam cui viro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est: hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens; hic, et nascentibus et cadentibus quum reliquis commodis tum maxime liberis, parebit et obediet praeepto illi veteri (66):
neque

(65) seu Menexeno.

(66) Μηδεν αγαν.

neque enim laetabitur unquam nec moerebit nimis, quod semper in se ipse omnem spem reponet sui.

Satis nobis (si modo in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet; si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinosè, nihil incontènter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur a Platone (de Rep. l. 2.) qui, quum terram discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatus descendit, aeneumque equum (ut ferunt fabulae) animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, anulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor): tum in concilium pastorum se recepit. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, quum in locum anulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginae stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulitque, quos obstare arbitrabatur; nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. Sic repente annuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, nihilo plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honestà enim bonis viris, non occulta quaeruntur. Atque hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et comeneticiam fabulam dicunt prolatam a Platone: quasi vèro ille aut factum id esse aut fieri potuisse defendat. Haec est vis hujus annuli et hujus exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, quum aliquid, divitiarum, potentiae, dominationis, libidinis causa, feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum: sisne facturus.

Ethices Platonis principium erat studium ad Dei similitudinem emulandi, qua de re simulque de mali moralis origine in Theaeteto (T. i. p. 176) ita differentem facit Socratem:

Ουτ' ἀπολεσθαι τὰ κακὰ δυνατόν (ὑπεναντίον γὰρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀναγκη), οὐτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἰδρυσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀναγκῆς· διὸ καὶ πείρασθαι χρῆ, ἐνθενδε φευγεῖν ὅτι ταχέως· φυγὴ δὲ, ὁμοίως θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίως δὲ, δικαίον καὶ ὀσίον μετὰ φρονήσεως γενεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ οὐ πανυ τι ραδίον, πείσαι, ὡς ἀρα οὐχ, ὡν ἔνεκα οἱ πολλοὶ φασὶ δεῖν πονηρίαν μὲν φευγεῖν, ἀρετὴν δὲ διωκεῖν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδεύεσθαι, τὸ δ' οὐ, ἵνα δὴ μὴ κακὸς καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῆ εἶναι. Ταῦτα μὲν γὰρ εἰσὶν ὁ λεγόμενος γράων ὑθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. Τὸ δὲ ἀληθὲς ὡδε λεγομένον. Θεὸς οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἀδίκος, ἀλλ' ὡς οἶον τε δικαιοτάτος· καὶ οὐκ εἰσὶν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὅς ἂν ἡμῶν αὐ γένηται ὅτι δικαιοτάτος.

Leg. 2, 16.

Donis impii ne placare audeant deos: Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus deus (67), quum vir nemo bonus ab improbo se donari velit.

Off. 1, 7.

et
Fin. 2, 14.

Praeclare scriptum est a Platone: non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici. Hoc ad Archytam scripsit Plato (vid. p. 65).

Divin. 2,
58.

Pythagoras et Plato; locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubent. — Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Vide enim, quid

Socra-

(67) Tunc scil. si quis audeat eam donis quasi corrumpere.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



P o l i t i c a.

Leg. 2, 6. Vir doctissimus Plato atque idem gravissimus philosophorum omnium princeps de republica conscripsit, idemque separatim de legibus ejus. Hic Zaleucum et Charondam imitatus hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.

In prooemia libri Ciceronis de Legibus, ita inter alia confabulantur Atticus et Cicero:

ib. 1, 5. *Att.* Si quaeres, ego quid exspectem: quoniam scriptum est a te de optimo reipublicae statu, consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus. Sic enim fecisse video Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis. *Cic.* Visne igitur, ut illé Crete cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo, aestivo, quem admodum describit, die, in cupressetis Cnosiorum et spatii silvestribus, crebro insistens, interdum acquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat: sic nos inter has procerissimas populos, in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus iisdem de rebus?

Off. 1, 25. Omnino, qui reipublicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant: Unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quaecumque agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, ut totum corpus reipublicae curent: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deferant. — Miserrima quoque est ambitio honorumque contentio: de qua praèclare apud eundem est Platonem: similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius reipubl. administraret, ut si nautae certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Idemque praecepit, ut eos adversarios existimemus, qui arma contra ferant; non eos, qui suo judicio tueri remp. velint.

Plato

Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi Leg. 3, 2. coelestibus, sic hi adversentur magistratibus.

Princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas respublicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocarent. Hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiae saluti censuit civitatibus esse posse.

Ep. ad Q. Fratr. I; 1, 10.

Noster Plato magis etiam quam Lycurgus omnia prorsus jubet esse communia, ne quis civis propriam, aut suam rem ullam queat dicere (68).

Fragm. p. 1082.

Ad malam domesticam disciplinam vitamque ambratilem et delicatam quum accesserunt etiam poetae; nervos omnes virtutis elidunt. Recte igitur a Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille, quum optimos mores, et optimum reipublicae statum exquireret.

Tusc. 2, 10.

Assentior Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos?

Leg. 2, 15.

(68) Saepius de hac communitate omnium bonorum, ipsarum quoque mulierum atque liberorum in libris de Rep. et de Legibus differit. Qua de re duos tantum adjiciam locos. L. V. de Leg. (T. 2. p. 739) scribit: *Πρωτη μὲν τοιούτων πόλις τε ἐστὶ καὶ πολιτεία καὶ νομοὶ ἀρισταί, ὅπου τὸ παλαι λεγόμενον ἀν γιγνῆται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μαλιστα λέγεται δε, ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. τοῦτ' οὖν εἴτε πού νυν εἰσὶν εἴτ' ἔσαι ποτε, κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινούς δὲ εἶναι παῖδας, κοινὰ δὲ χρήματα ξυμπαντὰ· καὶ πάση μηχανῇ τὸ λεγόμενον ἴδιον πανταχοῦθεν ἐκ τοῦ βίου ἀπαν ἐξηρησθῆαι. Εἰ δὲ de Rep. l. V. (p. 457) ἐπεται νόμος ὁδὲ, τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν πάντων πᾶσας εἶναι κοινὰς, ἴδια δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν, καὶ τοὺς παῖδας ἀν κοινούς, καὶ μητε γονεὰ ἐκγονοῦν εἶδεναι τὸν αὐτοῦ, μητε παῖδα, γονεὰ.* In seqq. dein ostendere conatur, hanc communitatem majorem in civitate concordiam esse effecturam; qua in re philosophum nostrum, phantasiae vi abreptum, maxime falli nemo non videt.

sonos: quorum dici vix potest quanta sit vis in utramque partem. Quamobrem ille quidem sapientissimus Graeciae vir longeque doctissimus negat mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. Ego autem nec tam valde id timendum nec plane contemnendum puto.

Leg. 2, 18.

Agri ne consecrentur, Platoni prorsus assentior: qui, si modo interpretari potuero, his fere verbis utitur (de Leg. l. 12): „Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est. Quocirca ne quis iterum idem consecrato. Aurum autem et argentum in urbibus et privatim et in fanis invidiosa res est. Tum ebur ex inani (69) corpore extractum haud satis castum donum deo. Jam aes atque ferum duelli instrumenta, non fanis. Ligneum autem, quod quis voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum in delubris communibus. Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. Color autem albus praecipue decorus deo est tum in ceteris, tum maxime in textili; tincta vero absint, nisi a bellicis insignibus. Divinissima autem dona, aves et formae ab uno pictore uno absolutae die: itemque cetera hujus exempli dona sunt“

ib. 27.

Plato iusta funerum rejicit ad interpretes religionum. De sepulcris autem dicit haec (de Rep. XII. p. 958. T. 2.). Vetat ex agro culto, eove, qui coli possit, ullam partem sumi sepulcro: sed, quae natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur: quae autem terra fruges ferre, et, ut mater, cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus. Extrui autem vetat sepulcrum altius, quam quod quinque diebus homines quinque absolverint, nec e lapide

(69) Inani i. e. exanimi.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

habuerunt. Sed utrique, Platónis ubertate completi, certam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac refertam: illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus et nulla affirmatione adhibita consuetudinem differendi reliquerunt. Ita facta est quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae, et rerum ordo et descriptio disciplinae (2). Quae quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus, una. Nihil enim inter Peripateticos et illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii praestabat, ut mihi videtur quidem, Aristoteles: sed idem fons erat utrisque, et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio.

- e. 5. Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus: altera de natura et rebus occultis: tertia de differendo, et quid verum, quid falsum; quid rectum in oratione pravumve; quid consentiens, quid repugnans, iudicando. Ac primam illam partem bene vivendi a natura petebant, eique parendum esse dicebant: neque ulla alia in re, nisi in natura, quaerendum esse illud summum bonum, quo omnia referrentur: constituebantque extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura, et animo et corpore et vita. Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus; valetudinem, vires, pulcritudinem, in toto: in partibus autem sensus integros, et praestantiam aliquam partium singularium: ut in pedibus, celeritatem: vim, in

(2) Sensus est, hos philosophos, ut nunc loquimur, systemata philosophiae discipulis suis tradidisse. Licet enim Plato de rebus physicis et dialecticis aequae ac moralibus egerit: id tamen ordine non adhibito praestitit, nec ei fuit in animo, simul integram tradere disciplinam. *Davies.*

in manibus: claritatem, in voce: in lingua etiam explanatam vocum expressionem. Animi autem, quae essent ad comprehendendam ingenii virtutem idonea: eaque ab iis in naturam et mores dividebantur. Naturae celeritatem ad discendum, et memoriam dabant: quorum utrumque, mentis esset proprium et ingenii. Morum autem putabant studia esse et quasi consuetudinem: quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philosophia ipsa: in qua quod inchoatum est neque absolutum, progressio quaedam ad virtutem appellatur: quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturae, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. Ergo haec animorum. Vitae autem (id enim erat tertium) adjuncta esse dicebant, quae ad virtutis usum valerent. Jam virtus cernitur in quibusdam animi et corporis bonis, quae non tam naturae quam beatae vitae adjuncta sunt⁽³⁾. Hominem esse censebant quasi partem quandam civitatis et universi generis humani, eumque esse conjunctum cum omnibus humana quadam societate. Ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt. Cetera autem pertinere ad id putant, aut ad augendum aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum. Atque c. 6. haec illa sunt tria genera, quae putant plerique Peripateticos dicere. Id quidem non falso: est enim haec partitio illorum: illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis haec ratio et utrisque hic bonorum finis videbatur, adipisci quae essent prima in natura, quaeque ipsa per sese expetenda, aut

(3) *Adjuncta* sunt quae non semper eveniunt. Ita Cicero Topic, 2.

aut omnia, aut maxima. Ea sunt autem maxima; quae in ipso animo atque in ipsa virtute versantur. Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit, in una virtute esse positam beatam vitam: nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et corporis, et cetera, quae supra dicta sunt, ad virtutis usum idonea. Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita et officii ipsius initium reperiatur, quod erat in conservatione earum rerum, quas natura praescriberet. Hinc gignebatur fuga desidia, voluptatumque contentio: ex quo laborum dolorumque susceptio multorum, magnorum, recti honestique causa, et earum rerum, quae erant congruentes cum descriptione naturae: inde et amicitia exsistebat et iustitia atque aequitas: haecque et voluptatibus et cunctis vitae commodis anteponebantur. Haec quidem fuit apud eos morum institutio, et ejus partis, quam primam posui, forma atque descriptio.

c. 7. De natura autem (id enim sequebatur) ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera esset efficiens; altera autem quasi huic se praebens, ea, quae efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim esse censebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam: in utroque tamen utrumque. Neque enim materiam ipsam cohaerere potuisse; si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. Nihil est enim, quod non alicubi esse cogatur. Sed quod ex utroque, id jam corpus et quasi qualitatem quandam nominabant. Dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Graeci ipsi faciunt, a quibus haec jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητες Graeci vocant: quod ipsum apud Graecos non est vulgi verbum, sed philosophorum; atque id in multis. Dialecticorum vero verba nulla sunt publica; suis utantur. Et id quidem com-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



que perfectam: quem deum appellant, omniumque rerum, quae sunt ei subjectae, quasi prudentiam quandam, procurantem coelestia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines: quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, ire, quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni; nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa haec, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum.

8. Tertia deinde philosophiae pars, quae erat in ratione et in differendo, sic tractabatur ab utrisque. Quanquam oriretur a sensibus, tamen non esse iudicium veritatis in sensibus. Mentem volebant rerum esse iudicem: solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale, quale esset. Hanc illi Ideam appellabant, jam a Platone ita nominatam: nos recte speciem possumus dicere. Sensus autem omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quae subjectae sensibus viderentur; quae essent aut ita parvae, ut sub sensum cadere non possent; aut ita mobiles et concitatae, ut nihil unquam unum esset constans; ne idem quidem, quia continenter laberentur et fluerent omnia. Itaque hanc omnem partem rerum, opinabilem appellabant. Scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi notionibus atque rationibus; qua de causa definitiones rerum probabant, et has ad omnia, de quibus disceptabatur, adhibebant: verborum etiam explicatio probabatur, id est, qua de causa quaeque essent ita nominata; quam etymologiam appellabant: post argumentis, et rerum notis quasi ducibus, utebantur ad probandum, et ad concludendum id, quod explanari volebant: in quo

tra-

tradebatur omnis dialecticae disciplina, id est, orationis ratione conclusae. Huic, quasi ex altera parte, oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae. Haec erant illa prima a Platone tradita.

Finem esse honorum, honeste vivere, fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, et vetus Academia censuit (ut indicant scripta Polemonis) et Aristoteles. Ac. 2, 42.

Veteres Academici et Peripatetici finem bonorum dixerunt, secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita, frui primis a natura datis. In quibus numerant incolumitatem conservationemque omnium partium, valitudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, ceteraque generis ejusdem: quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi, et semina. Fin. 2, 11. ib. 5, 7.

Quando ista fuerunt ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent? Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cavendi causa; misericordiam aegritudinemque, clementiae: ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant. Ac. 2, 44.

In vetere Academia non ii solum numerantur, qui Academici vocantur, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, sed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Aristoteles, quem excepto Platone, haud scio an recte dixerim principem philosophorum. Nam Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magnopere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Fin. 4, 5. Or. 3, 18.

Ac, 1, 9. SPEUSIPPUS et Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant; et post hos Polemo, et Crates unaque Crantor, in Academia congregati, diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur.

Nat. d, 1,
13.

SPEUSIPPUS Platonem avunculum subsequens, et vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem deorum. (loquitur Vellejus Epicureus.)

Diog. L.
l. 4. f. 1.
199.

Διεδέξατο τον Πλατωνα Σπενσιππος Αθηναιος, ὃς ην υἱος της αδελφης αυτου Πωτωνης· και εσχολαροχησεν ετη οκτω, και εμεινε επι των αυτων Πλατωνων δογματων. Ου μην το γε ηθος διεμεινε ταιουτος. Και γαρ οργιλος και ηδονων ηπτων ην.— ηδη δε υπο παραλυσεως και το σωμα διεφθαρτο· και προς Ξενοκρατη διεπεμπετο, παρακαλων αυτον ελθειν, και την σχολην διαδεξασθαι.— και τελος υπο αθυμιας εκων τον βιον μετηλλαξεν.

Diog. L.
l. 4. f. 6.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ Χαλκηδονιος εκ νεου Πλατωνος ηκουσεν.— ην δε την φυσιν νωθρος· ὡς φασι λεγειν τον Πλατωνα, συγκρινοντα αυτον Αριστοτελει· Τω μεν μωπος δει, τω δε χαλινου. σεμνος δε, τα τε αλλα Ξενοκρατης και σκυθρωπος· αει, ὡς αυτω λεγειν συνεχες τον Πλατωνα· Ξενοκρατες, θυε ταις Χαρισι.

Off. 1, 30.

Audivi nullam comitatem sermonis habuisse Xenocratem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam magnum clarumque fuisse.

Epist. ad
Att. 1, 16,
Or. P.
Balbo,

Jurare Athenienses Xenocratem, testimonium dicentem, prohibuerunt.— Quum enim Xenocrates, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et (ut mos Graecorum est) jurandi causa ad aras accederet; una voce, ne is juraret, reclamaverunt.

Xeno-

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

nec contentus tam deformi introitu confedit etiam, ut clarissimum eloquium, et prudentissima praecpta, temulentiae lasciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissisque de quibus differebat, de modestia ac temperantia loqui coepit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemo, primum coronam capite detractam projecit, paullo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivialis hilaritatem deposuit; ad ultimum totam luxuriam exiit, uniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus philosophus evasit. Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit.

Fin. 4, 6. Planissime Polemo secundum naturam vivere summum bonum esse dixit.

Typsc. 3, 6. Non absurde CRANTOR ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, Minime, inquit, assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: quae nec potest ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim, inquit; sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid sive avellatur a corpore: nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.

ib. 2, 44. Legimus omnes Crantoris veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus, et ad verbum ediscendus libellus.

2. *A c a d e m i a n o v a.*

cujus auctor fuit

A R C E S I L A S.

Ac. 4, 5. Quum jam philosophorum disciplinae gravissimae constitissent, tum exortus est, ut in optima republica

blica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcefilas, qui constitutam philosophiam everteret, et in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri aut percipi posse. (*Ita Lucullus, Academiae recent. adversarius.*)

Arcefilas primum, qui Polemonem audiverat, Or. 3, 18. ex variis Platonis libris sermonibusque Socratis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque iudicium, primumque instituisse (quanquam id fuit Socraticum maxime) non quid ipse sentiret, ostendere; sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Hinc haec recentior Academia emanavit.

Cum Zenone, ut accepimus, Arcefilas sibi omne Ac. 1, 12. certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorantiae adduxerant Socratem, et iam ante Socratem Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes paene veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Itaque et Arcefilas negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset (p. 87.). Sic omnia latere censebat in occulto: neque esse quidquam, quod cerni aut intelligi posset: quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque assensione approbare, cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem, quae tum esset insignis, quum aut falsa aut incognita res approbaretur: neque hoc quidquam esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere. Huic rationi quod erat consentaneum, faciebat, ut contra omnium sententias dicens iam plerosque deduceret: ut, quum

in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte assensio sustineretur. Hanc Academiam novam appellant, quae usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilae ratione permanlit.

Ac. 2, 24.

Arcesilam non obtrectandi causa cum Zenone pugnavisse, sed verum invenire voluisse, sic intelligitur. Nemo, inquam, superiorum, non modo expresserat (1), sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti. Visa est Arcesilae quum vera sententia tum honesta et digna sapiente. Quaesivit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere (2) quidquam posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo; Nihil opinatur; quoniam esset, quod percipi posset. Quid ergo id esset? Visum (3), credo. Quale igitur visum? tum illum ita definitur: ex eo, quod esset, sicut esset, impressum et signatum et effectum. Post requisitum, etiamne si ejusdem modi esset visum verum, quale vel falsum? Hic Zenonem vidisse acute, nullum esse visum, quod percipi posset, si id tale esset ab eo, quod est, ut ejusdem modi ab eo, quod non est, posset esse. Recte consentit Arcesilas; ad definitionem additum (4): Neque enim falsum percipi posse, neque verum, si esset.

(1) Expresserat i. e. accuratius disputaverat.

(2) Percipere idem quod Graecorum καταλαμβάνειν de iis rebus dicitur, quarum nobis certa cognitio est, cui sine errandi periculo assentiri queamus. Academici docebant ακαταληψίαν i. e. nihil comprehendendi vel percipi posse.

(3) Visum, idem quod Graecis φαντασία, species alicujus rei animo impressa eique extrinsecus a sensibus oblata.

(4) Zeno enim visum quod percipi posset, ita definiit: „impressum effectumque ex eo, unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset.“ Ita Cicero Ac. 2, 6.

— Secundum Sext. Emp. (Pyrrh. H. l. 2. l. 4.) Stoicorum

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



κοινῶναι λόγοις, ὡς μίαν εἶναι σχεδόν τὴν κατ' αὐτὸν ἀγωγὴν καὶ τὴν ἡμετέραν. οὐτε γὰρ περὶ ὑπαρξέως ἢ ἀνυπαρξίας τίνος ἀποφαινομένος εὐρίσκεται, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχει. — Ἐἰ δὲ δεῖ καὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις πιθευεῖν, φασὶν, ὅτι κατὰ μὲν τὸ προχειρόν, Πυρρωνεῖος εἴφαινετο εἶναι, κατὰ δὲ τὴν ἀληθειάν, δογματικὸς ἦν. Καὶ ἐπει τῶν ἑταίρων ἀποπειρᾶν ἐλαμβάνε δια τῆς ἀπορηματικῆς, εἰ ἀφύως ἐχούσι πρὸς τὴν ἀναλήψιν τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων, δοξάζει αὐτὸν ἀπόρητικὸν εἶναι. τοῖς μὲν τοιγέ ευφρεσεῖ τῶν ἑταίρων, τὰ Πλάτωνος παρεγγχειρεῖν. ἐνθὲν καὶ τὸν Ἀριστώνα (Zenonis Stoici discipulum) εἶπει περὶ αὐτοῦ. „Προσθε Πλάτων, οπιθεν Πυρρων, μεσσοσ Διοδώροσ (?).“ δια το προσχρησθαι τῆ διαλεκτικῆ τῆ κατὰ τὸν Διοδώρον. εἶναι δὲ ἀντικρὸσ Πλατωνικῶν.

Diog. L.
L. 4. f. 31.

Ἀρκεσίλαοσ ἀπεδέχετο πάντων μάλλον Ὀμηρον, ἔ
καὶ εἰσ ὑπκρον ἰῶν πάντωσ τι ἀνεγινώσκεν. ἀλλὰ καὶ
ορθρου, λεγῶν ἐπὶ τὸν ἐρωμενον ἀπιεναί, ὅποτ' ἀν βε-
λοῖτο ἀναγνῶναι.

Ἀρκε-

Ἀκαδημαὶ δὲ γεγωνασι, ὡσ φασί, πλείουσ μὲν ἢ τρεῖσ. καὶ μία
μὲν καὶ ἀρχαῖοτατῆ ἢ τῶν περὶ Πλάτωνα. δευτερά δὲ καὶ
μεσῆ ἢ τῶν περὶ Ἀρκεσίλαον, τὸν ἀκουσῆν Πτολεμῶνοσ. τριτῆ
δὲ καὶ νεα ἢ τῶν περὶ Καρνεαδῆν καὶ Κλειτομαχόν. ἐνιοὶ δὲ
καὶ τεταρτῆν προστιθεασὶ τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν.
τινεσ δὲ καὶ πεμπτῆν καταλεγοῦσι τῆν τῶν περὶ τὸν Ἀντιόχον.
Cicero tamen non nisi duas numerat, veterem a Plato-
ne, novam ab Arcesila conditam. Et recte quidem;
quoniam Carneades non adeo discessit ab Arcesilae di-
sciplina, ut novam plane Academiam condidisse dici
possit. Quare et nos Ciceronem maluimus sequi. No-
tandum praeterea, Ciceronem, ubi de Academia sim-
pliciter loquitur, plerumque de nova illa per Arcesi-
lam inchoata, perque Carneadem aliquantum emen-
data loqui.

(7) Parodia versus Homericæ de Chimaera. II. B. 183.
Προσθε λεων, οπιθεν δε δρακων, μεσση δε χιμαιρα.

Ἀρκεσίλαος νοσούντος Ἀπελλοῦ τοῦ Χίου τὴν πε- Putarch.
νίαν καταμαθὼν, ἐπαινῆθη μὲν αὐθις, ἔχων εὐκο- de discr.
σι δραχμας, καὶ καθίσας πλησίον, Ἐνταῦθα μὲν, am, et ad.
εἶπεν, οὐδὲν ἢ τὰ Ἐμπεδοκλεοῦς σοίχρεια ταῦτι.
„Πῦρ καὶ Ἰδῶρ καὶ Γαῖα καὶ Αἰθέρος ἡπιον
ὑψος.“ Ἀλλ’ οὐδὲ κατακείσθαι σὺ δεξιῶς· ἅμα δὲ
διακινῶν τὸ προσκεφαλαίον αὐτοῦ, λαθῶν ὑπεβαλε
τὸ κερματίον· ὡς οὐν ἡ διακρονουσα πρεσβυτις εὐρεῖ,
καὶ θαυμάσασα τῷ Ἀπελλῇ προσηγυεῖλε, γελάσας
ἐκείνος, Ἀρκεσίλαου, εἶπε τοῦτι τὸ κλέμμα.

Arcefilae primo non admodum probata ratio, Ac. 2, 6.
quanquam floruit quum acumine ingenii tum admi-
rabili quodam lepore dicendi, proxime a LACYDÉ
solo retenta est: post autem confecta a CARNEADE,
qui est quartus ab Arcefila. Audivit enim Egesi-
pum, qui Evandrum audierat, Lacydis discipulum,
quum Arcefilae Lacydes fuisset. Sed ipse Carneades,
diu tenuit. Nam nonaginta vixit annos.

In recentiori Academia exstitit divina quadam Or. 3, 18.
celeritate ingenii dicendique copia Carneades, qui a Ac. 2, 30.
Diogene Stoico dialecticam didicit.

Pergratum Athenienses multis principibus civi- Or. 2, 37.
tatis fecerunt, quod, quum ad senatum legatos (B)
de

(B) Occasionem hujus legationis sibi ignotam esse ipse
fatetur Cicero ad Att. l. 12. ep. 23. „Quibus consuli-
bus Carneades et ea legatio Romam venerit, scriptum
est in tuo annali; haec nunc quaero, quae causa fue-
rit? de Oropo (Boeotiae urbs) opinor: sed certum
nescio: et si ita est, quae controversiae?“ — Sed
Macrobius (Saturn. E. 1. c. 5) ita scribit: „Tres philo-
sophos Athenienses quondam ad senatum legaverunt,
impetratum, uti mulctam remitteret, quam civitati
eorum fecerat propter Oropi vastationem. Ea mulcta
fuerat talentum fere quingentum. Erant isti philoso-
phi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Crito-
laus

de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum (*Peripateticum*) et Diogenem (*Stoicum*). Hi, dum Romae essent, a multis frequenter auditi
Ac. 2, 45. sunt. — Quum Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in capitolio starent; A. Albinus, qui tum, P. Scipione et M. Marcello *Coss.*, praetor erat, jocans dixit Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor esse non videor, quia sapiens non sum: nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille: Huic Stoico non
Tusc. 4, 3. videris. — Laelio et Scipione adolescentibus, Stoicum Diogenem et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos, qui, quum reipublicae nullam unquam partem attingissent, essetque eorum alter (*sc. Carni*) Cyrenaetus, alter Babylonius, nunquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus *Romanis* temporibus illis fuissent studia doctrinae.

Ac. 1, 12. Carneades nullius philosophiae partis ignarus, et, ut cognovi ex iis, qui illum audierant, maximeque ex Epicureo Zenone, qui, quum ab eo plurimum dissentiret, unum tamen praeter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuit facultate, et egregia quadam exercitatione in dialecticis summaque eloquentia, — Illius vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis: qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non
 ever-

tamen ipsa aut varietas est ulla, apud hos quidem quos nominavi, aut inter ipsos dissensio. Sed quum beata vita quaeratur, idque sit unum, quod philosophia spectare et sequi debeat; sitne ea tota sita in potestate sapientis, an possit aut laefactari, aut eripi rebus adversis; in eo nonnunquam variari inter eos et dubitari videtur. Quod maxime efficit Theophrasti de beata vita liber: in quo multum admodum fortunae datur. Quod si ita se habeat, non possit beatam praestare vitam sapientia. Haec mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitasque postulat. Quare teneamus Aristotelem et ejus filium Nicomachum: cujus accurate scripti de moribus libri, dicuntur illi quidem esse Aristotelis; sed non video, cur non poterit patri similis esse filius. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris. Simus igitur contenti his. Namque horum posterita degenerarunt, ut ipsi ex se nati esse videantur. Primum Theophrasti SPURATO physicum se voluit. In quo etsi est magnus, tamen nova pleraque, et perpauca de moribus. Hujus Lyco est oratione locuples, rebus ipsis jejunior. Concinnus, deinde et elegans hujus Aristo: sed ea, quae desideratur a magno philosopho gravitas, in eo non fuit. Scripta sane et multa et polita: sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Praetereo multos, in his doctum hominem et suavem HIERONYMUM: quem jam cur Peripateticum appellem, nescio. Summum enim bonum exposuit vacuitatem doloris. Qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiae ratione dissentit. CRITOLAUS imitari antiquos voluit: et quidem est gravitate proximus, et redundat oratio. Attamen is quidem in patriis institutis manet. Diodorus, ejus auditor, adjungit ad honesta-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



- esse bonum, nisi quod honestum sit. Alteri, plurimum se, et longe, longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse
- Fin. 4, 18. quaedam bona. *Hinc* non sola virtute finem bonorum contineri putant, sed ita, ut rebus tamen
- c. 21. omnibus virtutem anteponant. Omnium enim commodorum longe praestantissimum esse, quod honestum esset atque laudabile: sed si duo honesta proposita sint, alterum cum valetudine, alterum cum morbo: non esse dubium, ad utrum eorum
- c. 20. natura nos ipsa deductura sit. Stoici contra negant beatam vitam eam esse, quae expleta sit omnibus iis rebus, quas natura desideret: totamque eam in una
- Fin. 3, 12. virtute ponunt. *Sed* Carneades pugnare non destitit, in omni hac quaestione, quae de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peri-
- Fin. 4, 21. pateticis controversiam, sed hominum. Quae enim Zeno aestimanda et sumenda et apta naturae esse dixit, eadem Peripatetici bona appellant. Et quae mala Stoici non audent appellare, aspera autem et incommoda et rejicienda et aliena natura esse concedunt, ea Peripatetici mala dicunt; sed exigua et porro minima. Quare si potest esse beatus is, qui est in asperis rejiciendisque rebus (*ut Stoicis placet*), potest is quoque esse, qui est in parvis malis.
- Tusc. 4, 18. Peripatetici perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra
- c. 19. progredi non oporteat. — *Iidem* perturbationes istas, quas Stoici extirpandas putant, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas: quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant: cotem fortitudinis esse dicunt; multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse. — Virum denique videri negant, qui irasci nesciat. Nec vero solum hanc libidinem laudant (est enim ira, ulciscen-
- di

di libido) sed ipsum illud genus vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod libeat, praeclare facere posse. Ipsam aegritudinem, quam Stoici fugiendam dicunt, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiiis affici se in delicto dolerent.

Artificiosa genera divinandi, in quo haruspices, augures conjectoresque numerantur, improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. Div. 1, 33.

THEOPHRASTUS divinitate loquendi nomen invenit *). Quis enim eo dulcior? Nec tamen miror, illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur ex ancilla quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa, atque addidisset: Hospes, non pote minoris, tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. — Non: medio Or. 19.
Brut. 31.
ib. 45.
criter Theophrastus delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos, atque idem, ut Aristoteles, cum philosophia, dicendi etiam praecepta conjunxit. Fin. 1, 2.
Div. 2, 1.

Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset; tam exiguam vitam dedisset: quorum si aetas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum Tusc. 3,
28.

P 3

minum

*) Εξ Ερεσσου (πολεως Λεσβου) ησαν Θεοφραστος τε και Φανιας, οι εκ των περιπατων φιλοσοφοι, Αριστοτελους γνωριμοι. Τυρταμος δ' εκαλειτο προτερον ο Θεοφραστος, μετωνομασε δ' αυτον ο Αριστοτελης Θεοφραστον, αμα μεν φευγων την του προτερου ονοματος κακοφωνιαν, αμα δε τον της φρασεως αυτου ζηλον επισημαινομενος· απαντας μεν γαρ λογιους εποησε μαθητας Αριστοτελης, λογιωτατον δε Θεοφραστον. Ita Strabo l. 13.

minum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum, quum illa videre coepisset, extinguere.

Nat. d. 1,
13.

Non ferenda Theophrasti inconstantia est; modo enim menti divinum tribuit principatum, modo coelo: tum autem signis sideribusque coelestibus.

Ae. 1, 9.

Theophrastus, vir et oratione suavis, et ita moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferret, vehementius fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit

Tusc. 5, 9.

in ea sola positum esse beate vivere. — Idem quum statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, exilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elase et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret. Quam bene, non quaeritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet consequentia reprehendere, quum prima concesseris. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, non magnopere reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere, in rotam (id est genus quoddam tormenti apud Graecos) beatam vitam non ascendere. Non usquam id quidem dicit omnino: sed, quae dicit, idem valent. Possum igitur, cui concesserim, in malis esse dolores corporis, in malis naufragia fortunae, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, quum in omnes bonos ea, quae ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo (*vid. sup. p. 210. n. 6.*) laudat illam sententiam: „Vitam regit fortuna, non sapientia.“ Negant ab illo philosopho quidquam dictum

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Ecce tibi e transverso Lampfacenus Strato, qui det isti deo immunitatem magni quidem muneris. Negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum. Quaecunque sint, docet, omnia esse effecta natura: nec ut ille, qui asperis, et laevibus, et hamatis, uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat, interjecto Inani. Somnia censet haec esse Democriti, non docentis sed optantis. Ipse autem singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus.

Tusc. 3,
32.

LYCONIS qualia sunt? qui aegritudinem extenuans parvis ait eam rebus moveri, fortunae et corporis incommodis, non animi malis.

Lyconi huic successit Aristo Ceus, saepissime in veterum libris cum Aristone Chio Stoico confusus, Aristoni Critolaus, huic Diodorus, quorum omnium jam supra (p. 226) facta est mentio.

Tusc. 5,
17.

Quaero, quam vim habeat libra illa CRITOLAI: qui, quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat.

Ac. 2, 42.

Vacare omni molestia cum honestate, DIODORUS finem esse bonorum censuit.

Praeter hos Aristotelis successores excelluere etiam inter Peripateticos veteres Dicaearchus, Aristoxenus, Heraclides Ponticus, Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, denique Cratippus.

Off. 2, 5.

Est DICAEARCHI liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi: qui, collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam hominum genera esse consumpta: deinde

de comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.

Dicaearchus in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, differentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustra que animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia: vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat. — Acerime deliciae meae, Dicaearchus, contra immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit (qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur) in quibus vult efficere, animos esse mortales.

Magnus Dicaearchi liber est, nescire ea, quae ventura sint, melius esse, quam scire. Idem cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit. — Movet me Peripateticorum ratio, et veteris Dicaearchi et ejus, qui nunc floret, Cratippi, qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore divino incitatus animus, aut somno relaxatus, solute moveatur ac libere.

Dicaearchum recte amas. Luculentus homo est, et civis haud paullo melior quam isti nostri *αδικαιαρχοι* (Caesar et reliqui). — Nunc prorsus hoc statui, ut quoniam tanta controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus *τον πρακτικον βιον* longe omnibus

anteponat, hic autem τον θεωρητικον, utrique a me mos gestus esse videatur. Puto enim me Di-
 ad Att. 13, caearcho affatim satisfacisse. — Dicaearchi utros-
 52. que περι ψυχης velim mittas et καταβασεως (in
 ib. 6, 2. antrum Trophonii). — Peloponnesias civitates omnes
 maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam
 tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi *)
 Is in Trophoniana narratione Graecos in eo repre-
 hendit, quod mare tam secuti sint: nec ullum in
 Peloponneso locum excipit. Quum mihi auctor
 placeret, (erat enim ισορικωτατος, et vixerat in Pe-
 loponneso) admirabar tamen.

Tusc. 1, Dicaearchum cum ARISTOXENO aequali et con-
 18. discipulo suo, doctos sane homines, omittamus;
 quorum alter ne condoluisse quidem unquam vide-
 tur, qui animum se habere non sentiat: alter ita
 delectatur suis cantibus, ut eos etiam ad haec trans-
 ib. 10. ferre conetur. Nam Aristoxenus musicus idem-
 que philosophus animum docet esse ipsius corporis
 intentionem quandam, velut in cantu et fidibus,
 quae harmonia dicitur; sic ex corporis totius na-
 tura et figura varios motus cieri, tanquam in can-
 tu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et ta-
 men dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat
 multo ante et dictum et explanatum a Platone (in
 Timaeo).

Suidas. Αριστοξενος, υιος Μνησιου μουσικου, απο Ταραντος
 της Ιταλιας. — μουσικη επιθεμενος εκ ησοχησεν, ακυ-
 ρησ του τε πατρος και Λαμπρου του Ερυθραιου, ειτα
 Ξενοφιλου του Πυθαγορειου, και τελος Αριστοτελους· εις
 ον αποθανοντα υβρισε, διοτι κατελιπε της σχολης δια-
 δοχον

*) Exstant adhuc fragmenta quaedam Geographica
 Dicaearchi, ab Hudsono inter Geograph. minores
 edita.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



men aëiemque produxit. Nam et mediocriter doctos magnos in republica viros, et doctissimos homines non nimis in rep. versatos multos commemorare possumus. Qui vero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda civitate princeps esset, quis facile praeter hunc inveniri potest?

Leg. 2, 26.

Ait idem Demetrius, increbuisse eam funerum sepulcrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est. Quam consuetudinem lege minuit ipse. Fuit enim hic vir non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime, tuendaeque civi-

Fin. 5, 19.

tatis peritissimus. Qui quum patria pullus esset injuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandriam contulit: quumque in philosophia excelleret, Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus, sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus. Tandem vir hic, et ex republica Athenis, quam optime digesserat, et ex doctrina nobilis et clarus, in eodem isto Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita est privatus.

p. Rabir.
P. c. 9.

Fin. 2, 3.
Or. 57.

Tenesne, Hieronymus Rhodius, Peripateticus inprimis nobilis, quod dicat esse summum bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo, inquit (*Torquatus Epicureus*), finem illi videri nihil dolere. Quid? idem iste de voluptate quid sentit? Negat esse eam, inquit, propter se ipsam expetendam. Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolore. Et quidem, inquit, vehementer errat. Nam ut paullo ante docui (*l. 1. de Fin.*), augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio.

Div. 1, 3.

CRATIPPUS familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis judico, somniis et furori fidem tribuit, reliqua divinationis genera rejecit.

Cicero

Cicero filius scribit ad Tironem: Cratippo me scito, non ut discipulum, sed ut filium esse conjunctissimum. Nam quum audio illum libenter, tum etiam propriam ejus suavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctisque saepe numero partem. Exoro enim, ut mecum quam saepissime coenet. Hac introducta consuetudine, saepe inscientibus nobis et coenantibus obrepat, sublataque severitate philosophiae, humanissime nobiscum jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam excellentem virum videas quam primum.

ad Fam.
16, 21.

XIII. CYNICI

quorum auctor fuit

ANTISTHENES.

Ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici manarunt.

de Or. 3,
17.

Αντισθενης διελεγετο εν τω Κυνοσαργει, γυμνασιω μικρον απωθεν των πυλων. οθεν τινες και την Κυνην φιλοσοφian φασιν εντευθεν ονομασθησαι. Και πρωτος εδιπλωσε τον τριβωνα, και μονω αυτω εχρητο βακτρον τε ανελαβε και πηραν.

Diog. L.
6, 13.

Antisthenes in eo libro, qui physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dixit. Illius *Κυρος* mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi.

Nat. d. 1,
13.

ad Att. 12,
38.

Non audiendi sunt Cynici, aut siqui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus: illa autem, quae turpia sint, nominibus appellemus suis Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est; sed dicitur non obscene: liberis dare operam, re honestum est,

Off. 1, 35.

nomine obscœrum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, et ab omni, quod abhorret ab oculorum, auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum.

Off. 1, 41. — Cynicorum vero ratio tota est ejicienda. Est enim inimica verecundiae, line qua nihil rectum

Fin. 3, 20. esse potest, nihil honestum. Attamen Cynicorum rationem atque vitam alii cadere in sapientem dicunt, si quis ejusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit; alii nullo modo.

Diog. L.
6, 103.

Ἀρεσκει τοῖς Κυνικοῖς τὸν λογικὸν καὶ τὸν φυσικὸν τοποῦν περιαιρεῖν· μονῶ δὲ προσεχειν τῷ η̄θικῷ. — Περιαιροῦσι δὲ καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν, καὶ πάντα τα τοιαῦτα. — Ἀρεσκει δ' αὐτοῖς καὶ τέλος (ἵνεκ ἐὺνομίᾳ) εἶναι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν (ὡς Ἀντισθένης φησὶ ἐν τῷ Ἡρακλεί) (1), ὁμοίως τοῖς Στωϊκοῖς· ἐπεὶ καὶ κοινωνία τις ταῖς δυοῖν ταῦταις αἵρεσεσιν ἐστίν, ὅθεν καὶ τὸν Κυνισμὸν εἰρηκασί συντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. — Ἀρεσκει δ' αὐτοῖς καὶ λιτῶς βίον, ἀσταρκεσιχρωμένοις σιτοῖς, καὶ τριβῶσι μονοῖς, πλοῦτου καὶ δοξῆς καὶ ευγενείας· καταφρόνουσιν· εἰοῖ τε γούν καὶ βοτάναις, καὶ πανταπάσιν ὕδατι χρωταὶ ψυχρῷ, σκεπαῖς τε ταῖς τυχούσαις καὶ πιθοῖς· καθάπερ Διογενῆς (2), ὅς εφασκε θεῶν μὲν ἰδίον εἶναι, μηδενὸς δεισθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῆζειν. Ἀρεσκει δὲ αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀρετὴν διδασκτὴν εἶναι, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν τῷ Ἡρακλεί, καὶ ἀναποβλήτον ὑπάρχειν· ἀξιερασον τε τὸν σοφὸν καὶ ἀναμαρτήτον, καὶ φίλον τῷ ὁμοίῳ, τυχῆ· δὲ μηδεν

(1) Librum hunc laudat etiam Diogenes L. (6, 16) inter multa alia Antisthenis scripta.

(2) Dolium Diogenis fabulis annumerandum esse probant Heumannus in Act. phil. Vol. II. et Brucker Hist. phil. Tom. I. p. 872.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



σαν φερωκ εμβαλεις· γαμου δ' αμελησεις, και πατριδος, και παντα σοι ληρος εσαι. και την πατρων οικιαν απολιπων η ταφον οικησεις, η πυργιον ερημον η και πιθον. η πηρα δε σοι θερμων εσαι μεση. και ετως εχων, ευδαιμονεξερος ειναι φησεις του Μεγαλου βασιλεως (Perseum). ην μασιγοι δε τις η σρεβλοι, τουτων εδεν ανιαρον ογηση. — Α δε μαλισα δει προσειναι, ταυτα εσιν· ιταμον χρη ειναι και θρασυν, και λοιδορεισθαι πασιν εξης και βασιλευσι και ιδιωταις. ετω αποβλεψονται σε και ανδρειον υποληφονται· βαρβαρος δε η φωνη εσαι και απηχες το φθεγμα και ατεχνως ομοιον κυνι. και προσωπον δε εντεταμενον, και βαδισμα τοιουτω προσωπω πρεπον· και ολως θηριωδη τα παντα και αγρια. αιδως δε και επιεικεια και μετριοτης απεσω, και το ερυθριαν αποξυσον του προσωπου παντελως. διωκε δε τα πολυανθρωποτατα των χωριων και εν αυτοις τουτοις μονος και ακοινωνητος ειναι θελε, μη φιλον μη ξενον προσιμενος. — Και ρασα γε ταυτα και πασιν ευχερη μετελθειν· ου γαρ σοι δεησει παιδειας και λογων και ληρων, αλλ' επιτομος αυτη σοι προς δοξαν η οδος. και ιδιωτης γαρ αν ης ητοι σκυτοδειπτης η ταριχοπωλης, η τεκτων, η τραπεξιτης, ουδεν σε κωλυσει θαυμασιον ειναι, ην μοκον η αναιδεια και το θρασος παρη, και λοιδορεισθαι καλως εκμαθης.

Melio rem tamen veri Cynici imaginem. idem Lucianus tradidit alio dialogo qui Cynicus inscriptus est. Colloquuntur Lucianus et Cynicus.

Lucian: Τι ποτε, ω ετος, πωγωνα μεν εχεις και κομην, χιτωνα δε ουκ εχεις, και γυμνοδερκη; και ανυποδητεις, τον αλητην και απανθρωπον βιον και θηριωδη επιλεξαμενος, και περινοσεις αλλοτε αλλαχου, και ευναζομενος επι ξηρου δαπεδου, ως αυτην παμπολλην τουτε το τριβωνιον φερειν, ε μεν τοι και τετο λεπτον, εδε μαλακον ουδε ανθηρον. Cynicus: Ουδε γαρ δεομαι. τοιςτον δε, οποιον αν πορισθειη ρασα, και τω κτησαμενω πραγματα ως ελαχιστα παρεχοι· τοιουτον γαρ αρκει μοι. —

Οι

Οἱ παλαιοὶ ἀμεινούς ἦσαν ὑμῶν. — ἔγροτητα καὶ λειο-
τητα σαρκὸς γυναιξὶ πρεπεῖν ἤγουντο· αὐτοὶ δ' ὡσπερ
ἦσαν, καὶ φαίνεσθαι ἀνδρὲς ἠθέλον. καὶ τὸν παγκοσμίον
κόσμον ἀνδρὸς ἐνομίζον, ὡσπερ καὶ ἵππου χαιτην καὶ
λεοντῶν γενεῖα. — ἐκείνους οὖν ἐγὼ ζήλω τοὺς παλαι-
ούς, καὶ ἐκείνους μιμεισθαι βούλομαι. τοὺς δὲ νῦν οὐ
ζήλω τῆς θαυμαστῆς ταύτης εὐδαιμονίας, ἣν ἔχουσι,
καὶ περὶ τραπέζας καὶ ἐσθῆτας. — εὐχομαι δὲ μοι
τοὺς μὲν ποδᾶς ὀπλῶν ἵππειων οὐδὲν διαφέρειν. αὐτὸς
δὲ μὴ δεισθαι ἐρωμάτων, ὡσπερ οἱ λέοντες· οὐτε τρο-
φῆς δεισθαι πολυτελοῦς μᾶλλον ἢ οἱ κύνες. εἴη δὲ μοι,
γῆν μὲν ἅπασαν εὐνήν αὐταρκῆ ἔχειν, οἶκον δὲ τὸν κο-
σμον νομίζειν, τροφὴν δὲ αἰρεῖσθαι τὴν ρασην πορι-
σθῆναι. χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργυρίου μὴ δεηθῆναι. πάντα
γὰρ τὰ κακά τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῶν τούτων ἐπιθυ-
μίας φρονταί. — Τοιαῦτα σοὶ τὰ γέ ἡμετέρα, πολὺ δη-
που διαφώνᾳ τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι. καὶ θαυμα-
σον οὐδὲν, εἰ τῷ σχηματι διαφερομένῳ αὐτῶν, ὅποτε καὶ
τῇ προαιρέσει τοσοῦτον διαφερομένῳ. — Ἵμεῖς μὲν φε-
ρεσθε ὡσπερ τὰ φορτία, οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ
ὑπο κτηνῶν· ἐμε δὲ οἱ πόδες φέρουσιν, ὅποι περ ἀν-
δρωμαι· καὶ γὰρ μὲν ἴκανος καὶ ῥιγὸς ἀνεχεσθαι καὶ
θαλπὸς φερεῖν, καὶ τοῖς τῶν θεῶν ἐργοῖς μὴ δυσχε-
ραίνειν, διότι ἀθλιὸς εἰμι. ὑμεῖς δὲ διὰ τὴν εὐδαιμο-
νίαν οὐδενὴ τῶν γενομένων ἀρεσκεσθε καὶ πάντα μεμ-
φρεσθε· καὶ τὰ μὲν παρόντα φερεῖν οὐκ ἐθέλετε, τῶν δὲ
ἀπόντων ἐφιεσθε· χειμῶνος μὲν εὐχομένοι θεροῦ, θε-
ροῦ δὲ χειμῶνα. — Ὁ δὲ τριβῶν, οὐ καταγέλατε, καὶ
ἡ κομῆ, καὶ τὸ σχῆμα τοῦμον τηλικαυτὴν ἔχει δυνα-
μιν, ὥς παρεχεῖν μοι ζῆν ἐφ' ἡσυχίας, καὶ πραττόντ' ἔ-
τι βούλομαι καὶ συνοῦντι οἷς βούλομαι· τῶν γὰρ
ἀμαθῶν ἀνδρῶν οὐδεὶς ἀν' ἐθέλοι μοι προσίεναι διὰ
τὸ σχῆμα· προσίασι δὲ οἱ ἐπιεικῆσατοι, καὶ ἀρετῆς
ἐπιθυμούντες. — Θεοὶ μὲν οὐδενός, οἱ δ' ἐγγίστα θεῶν,
ἐλαχίστων δεόνται.

Epictetus apud Arrianum multa in laudem Cy- Arrian. 3.

nismi differit, ex quibus nonnulla decerpat. Τὸν Κυνικὸν εἶδεσθαι δεῖ, ὅτι ἀγγέλως ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπε-
 σαλταὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν,
 ὑποδειξῶν αὐτοῖς ὅτι πεπλανήνται, καὶ ἀλλάχου ζη-
 τήσῃ τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ὅπου οὐκ
 1. 4, 8. εἰσιν· ὅπου δ' εἰσιν, οὐκ ἐνθυμούνται. — Τοιοῦτος
 εἰσιν ὁ Κυνικός, τοῦ σκηπτροῦ καὶ διαδηματοῦ ἡξιω-
 μένος παρὰ τοῦ Διὸς, καὶ λέγων· Ἴν' ἴδητε, ὡ ἀνθρώ-
 ποι, ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν καὶ ἀταραξίαν οὐχ ὅπου εἰ-
 ζητεῖτε, ἀλλ' ὅπου μὴ εἰσιν, ἰδοὺ ἐγὼ ὑμῖν παραδειγμά-
 ὑπο τοῦ θεοῦ ἀπεσαλμαι, μὴτε κτήσιν ἐχῶν, μὴτε οὐ-
 κόν, μὴτε γυναῖκα, μὴτε τέκνα, ἀλλὰ μὴδ' ὑπόσρωμα,
 μὴδε χιτῶνα, μὴδε σκευός· καὶ ἴδετε, πῶς ὑγιαινω·
 πειραθῆτε μου· κἂν ἴδητε ἀταραχόν, ἀκουσατέ τὰ
 1b. 3, 22. φάρμακα, καὶ ὑφ' ὧν ἐθεράπευθην. — Ἰδετέ με, ὅτι
 ἀπολίς εἰμι, αἰκίος, ἀκτῆμων, ἀδούλος, χαμαὶ κοιμώ-
 μαι· οὐ γυνή, οὐ παῖδια, οὐ πραιτωριδῶν, ἀλλὰ γῆ μο-
 χόν καὶ οὐρανός καὶ ἐν τριβωνάριον, καὶ τί μοι λείπει;
 οὐκ εἰμι ἀλύπος; οὐκ εἰμι ἀφροβός; οὐκ εἰμι ἐλευθε-
 ρός; ποτε ὑμῶν εἶδε με τίς ἐν ὄρεξει ἀποτυγχάνον-
 τά; ποτ' ἐμεμψαμῆν ἢ θεόν ἢ ἀνθρώπον; ἐνεκαλέσα-
 τινί; μὴ τίς ὑμῶν ἐσκυθροπακοτά με εἶδε; πῶς δ' ἐν-
 τυγχάνω τούτοις, οὓς ὑμεῖς φοβείσθε καὶ θαύμαζετε;
 οὐχ ὡς ἀνδραποδοῖς; τίς με ἰδὼν, οὐχὶ τὸν βασιλέα
 τὸν ἑαυτοῦ ὄραν οἰεῖται καὶ δεσποτῆν; Ἴδε Κυνικῶν
 φῶναι, ἴδε χαρακτήρ, ἰδ' ἐπιβολή. — Καὶ γὰρ του-
 τοῦ λῆαν κομψόν τῷ Κυνικῷ παραπεπλεκται. δαιρε-
 σθῆναι δεῖ αὐτὸν ὡς ὄνον, καὶ δαιρομένον φίλειν αὐτοὺς
 τοὺς δαιρόντας, ὡς πατέρα πάντων, ὡς ἀδελφόν. — Καὶ
 μὴ γαμήσει, ἢ παιδοποιησεται. πάντας ἀνθρώπους
 πεπαιδοποιεῖται, τοὺς ἀνδρας υἱούς ἐχῶν, τὰς γυναι-
 κάς θυγατέρας, πασῶν οὕτω προσερχεῖται, οὕτω παν-
 τῶν κηδεῖται. ἢ σὺ δοκεῖς, ὑπο περιεργίας λοιδορεῖ-
 σθῆναι τοῖς ἀπαντῶσιν; ὡς πατὴρ αὐτὸ ποιεῖ, ὡς ἀδελ-
 φός, καὶ τοῦ κοῖνου πατρὸς ὑπηρετῆς τοῦ Διὸς. — Καὶ
 δεῖ αὐτὸν πασῶν ἀνθρώποις διαλεγεσθῆναι, ἐπίσης μὲν
 Ἀθη-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



χρυσιον, ουχ ἢ ψαμμος ψαμμος. γην γαρ αὐτα οιδεν
αμφοτερα. — Το αισχρον η καλον ουκ εν τοις επαι-
νουμενοις η ψεγομενοις τιθεται, αλλ' εν τη φυσει. φευ-
γει τας περιττας τροφας· αποσρεφεται δε τα αφρο-
δισια.

Suidas.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ, Ἰκεσίου υἱός, τραπεζίτου, Σινω-
πέυς. ὃς φυγὼν τὴν πατρίδα διὰ τὸ παρακοψαί νο-
μισμα ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, καὶ Ἀντισθένη παραβα-
λὼν τῷ Κυνικῷ, ηρασθη του εκεινου βιου, καὶ τὴν Κυ-
νικὴν φιλοσοφίαν ἠσπασατο, πολλῆς ουσῆς αὐτῷ ὑπέ-
ριδῶν ουσίας. γηραιος δὲ ὢν ὑπὸ πειρατοῦ Σκιρταλοῦ
εληφθή, καὶ ἐπραθῆ Ἐνιαδῆ τινι. κηρύττομεγος γὰρ
καὶ ἐρωτώμενος, τι εἶδει, Ἀρχεῖν ἀνθρώπων, εφη.
καὶ θεᾶσαμενος Κορινθιον πλουσιον ἀνθρώπον καὶ
ασῶτον, Τουτῷ με, εφη, πωλησον· δεσποτοῦ γὰρ
δειταί. ὁ δὲ ὠνεῖται καὶ εἰς Κορινθὸν ἀγει, καὶ τῶν
παιδῶν ἀποδεκνυσι παιδαγωγον· ἐλεγε δὲ, δαιμο-
να αγαθον εἰς τὴν οἰκίαν εἰσεληλυθενάι. Καὶ πα-
ρὰ τούτῳ διεμεινεν, οὐχ ἔλομενος λυθῆναι ὑπο τῶν
Ἀθηναίων ἢ τῶν οἰκείων φίλων. ἐν πειθῷ δὲ διέτρι-
βεν. ἐπὶ δὲ τῆς ΡΙΓ (CXXIII) Ολυμπιαδος κατεσρέε-
ψε τὸν βιον, δηχθεῖς ὑπο κυνός το σκελος, καὶ θε-
ραπειας ὑπεριδῶν, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ὅτε καὶ
ὁ Μακεδῶν Ἀλεξάνδρος ἐν Βαβύλωνι ἀπεθανεν. —

id. in
φιλοσοφ.

Τέλευτήσας δὲ ἐν Κορινθῷ κείται, καὶ κυῶν ἐστὶν ἐπι-
τῷ μνηματι. ἐτιμηθῆ δὲ εἰκόνι παρὰ Σινωπέων καὶ
ἐν ἐπιγραμματι·

Ἰήρασκει καὶ χαλκός ὑπο χρόνου· ἀλλὰ σὸν οὐτε
Κυδός ὁ πας αἰὼν, Διογενὲς, καθέλει,
Μουνοσ ἐπεὶ βιοτῆσ αὐταρκεα δοξάν ἐδείξασ
Θνητοῖσ καὶ ζωῆσ οἶμον ελαφροτατην.

Hieron.
adv.
Jovin.

Quum discipulorum Antisthenes nullum reci-
peret, et perseverantem Diogenem removere non
posset, novissime clava minatus est, nisi abiret.
Cui ille subjecisse dicitur caput, atque dixisse:
nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo pos-
sit obsequio separare.

Dio-

Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro ro- Tusc. 5,
ganti, ut diceret siquid opus esset: Nunc quidem 32.
paullulum, inquit, a sole. Offecerat videlicet
apricanti.

Εἰς τὸν Ἰσθμὸν τῶν Ἑλλήνων συλλεγόντων, καὶ Plutarch.
ψηφισαμένων ἐπὶ Περσῶν μετ' Ἀλεξάνδρου στρατεύειν, in Alex.
ἡγεμῶν ἀνηγορεύθη Ἀλεξάνδρος. πολλῶν δὲ καὶ πολιτι-
κῶν ἀνδρῶν καὶ φιλοσοφῶν ἀπηντηκότων αὐτῷ καὶ συνή-
δομένων, ἠλπίζε καὶ Διογενῆ τὸν Σινωπεῖα ταῦτο ποιη-
σειν, διατριβόντα περὶ Κορινθόν. ὡς δὲ ἐκεῖνος, ἐλαχίστην
Ἀλεξάνδρου λόγον ἔχων, ἐν τῷ Κρανεῖῳ (γυμνασίῳ πρῶ-
της Κορινθοῦ) σχολῆν ἤγειν, αὐτὸς ἐπορεύετο πρὸς αὐτόν.
εὐτυχῆ δὲ κατακειμένος ἐν ἡλίῳ, καὶ μικρὸν μὲν ἀνεκα-
θίσεν, ἀνδρῶν τῶν κοσούτων ἐπερχομένων, καὶ διεβλεψεν
εἰς τὸν Ἀλεξάνδρον. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀσπασάμενος καὶ
προσείπων αὐτὸν ἠρώτησεν, εἰ τῶν τυγχάνει δεόμενος.
Μικρὸν; εἶπεν, ἀπὸ τοῦ ἡλίου μεταστῆθαι. Πρὸς ταῦτα
λέγεται τὸν Ἀλεξάνδρον ἔτι διατεθῆναι, καὶ θαυμάσαι
καταφρονήσεντα τὴν ὑπέροψιαν καὶ τὸ μέγεθος τοῦ
ἀνδρός, ὥς, τῶν περὶ αὐτόν, ὡς ἀπῆσαν, διαγελών-
των καὶ σκαπτόντων, Ἀλλὰ μὴν ἐγὼ, εἶπεν, εἰ μὴ
Ἀλεξάνδρος ἡμῶν, Διογενῆς ἀν' ἡμῶν.

Diogenes disputare solebat, quanto regem Per- Tusc. 1,
sarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse, 32.
illi nihil satis inquam fore; se ejus voluptates non
desiderare, quibus nunquam fatiari ille posset, suas
eum consequi nullo modo posse.

Τοσαυτὴ ἦν ἀπίσθη θείῳ ἀνδρασι πρὸς τὸ περισσὸν Simplicio,
ἅπαν ἀποσκευασσασθαι, ὥς, τὸν Διογενῆν φασὶ σκυφὸς ad
ξύλινον ἀεὶ περιφερόντα ἐν τῇ πηρᾷ, ὃ τὸ ὕδωρ ἀρνομέ- Epictet.
νος ἐπίνεν, ἐπειδὴ ποταμὸν διαβαίνων εἰσεσάτο τινὰ
ταῖς χερσὶν ἀρνομένον καὶ πίνοντα, ρίψαι τὸ σκυφὸς
εἰς τὸν ποταμὸν εἰπόντα, μήκατι δεῖσθαι αὐτοῦ, τῶν
χειρῶν τὴν χρεῖαν ποιοῦσων.

Diogenes Cynicus dicere solebat, Harpalum, Nat. d. 3
qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra 34.

deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret.

Tusc. 1,
43.

Diogenes, de sepultura idem sentiens quod Socrates, qui se ostendit de hoc toto genere nihil laborare, sed ut Cynicus asperius, projici se jussit inhumatum. Tum amici: Volucrisne et feris? Minime vero, inquit, sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote. „Qui poteris? illi; non enim senties.“ Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Julian.
Orat. 7.
p. 212.

Ου μονον εν τοις λογοις ην Διογενης θεοσεβης, αλλα γαρ και εν τοις εργοις, ελομενον γαρ αυτον οικειντας Αθηνas, επειδη το δαιμονιον εις την Κερυνθον απηγαγεν, αφειθεις υπο του προαμενου, την πολιν ουκ εφηθη δειν εκλιπειν. επεισο γαρ, αυτου τοις θεοις μελειν, εις τε την Κερυνθον ου ματην, ουδε κατα τινα συντυχιαν, τροπον δε τινα υπο των θεων εισπεπεμφθαι ορων την πολιν τρωφωσαν των Αθηναιων μαλλον, και

Orat. 6.
p. 199.

θεομενην μειζονος και γενναιοτερου σωφρονισου. — Ει δε, οτι μηδε εθεραπευε τους νεως, μηδε τους βωμους, οιεται τις ανθεσθητος ειναι σημειον, ουκ ανθως νομιζει. ην γαρ ουδεν αυτω των τοιουτων, ου λιβακωτος, ου σπανδη, ουκ αργυριον, οθεν αυτα προαιτο. ει δε ενοει περι θεων ορθως, ηρκει τουτο μονον. Αυτη γαρ αυτους εθεραπευσε τη ψυχη, διδους, ομαι, τα τιμιωτατα των εαυτου, το καθοσιωσα την εαυτου ψυχην δια των εν-

Orat. 7.
p. 238.

νοιων. — Και ουκ εμνηθη Διογενης, αλλα και προς τον προτρεπομενον εκμνηθηται, Γελαιον, ειπεν, ω νεανισκε, ει τους μεν τελωνας οισι ταυτης ενεκα της τελετης κοινωνησειν τοια θεοις των εν αδου καλων, Αγησιλαον δε και Επαμικωδαν εν τω βορβορω κεισθαι. φαινεται δε ο Διογενης ουχ, ωσπερ υμεις αξιουτε, δυσσεβης. αλλα σνηεις, οτι τον μυουμενον εχρην πολιτογραφησαι προτερον, και Αθηναιον, ει και μη φρασει, τω κομω δε γενησθαι, τουτο εφραγεν, ου το μνηθηται. νομιζων αυτον ειναι τον κοσμιον πολιτην.

Inter

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



eamque formam, quam viderat: proinde sedulo
 consuleret, ne post querela eam caperet: enim-
 vero HIPPARCHE conditionem accipit. Jamdudum
 sibi provisum satis et satis consultum respondit;
 neque ditio rem maritum, neque formosio rem
 uspiam gentium posse invenire: proinde duceret,
 quo liberet.

Julian.
 Orat. 6.
 p. 199.

Ὁ Κρατης πεποιθηκεν ἕμνον εἰς τὴν εὐτελείαν.

Χαιρε θεα δεσποίνα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀγαπημα,

Εὐτελεία, κλεινῆς ἐγγονε σωφροσύνης.

Καὶ ἐκ τῶν παιγνίων Κρατητος ὀλιγα σοὶ παρα-
 γραψω.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνος Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,

Μουσῶν Πιερίδες, κλυτὲ μοὶ εὐχομένω.

Χορτον αἰε συνεχῶς δοτε γασερί, ἤτε μοὶ αἰε

Χωρὶς δουλοσύνης λιτὸν ἐθήκε βίον.

Ὡφελίμον δε φίλοις, μὴ γλυκερόν τιθετε.

Χρηματὰ δ' ἐκ ἐθέλω συναγειν κλυτὰ κἀνθάρα ὀλβον,

Μυρμηκος τ' ἀφένος, χρηματὰ μαιόμενος.

Ἀλλὰ δικαιοσύνης μετεχειν, καὶ πλοῦτον ἀγινεῖν

Εὐφορόν, εὐκτῆτον, τιμίον εἰς ἀρετήν.

Τῶν δε τυχῶν, Ἑρμῆν καὶ Μουσῶν ἰλασομ' ὄγνας

Οὐ δαπαναῖς τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὄσιας.

ib. p. 201. Καὶ ἐδημοσίευε Κρατης τὴν οὐσίαν· εἶτα, εἰς τὸ σῶμα
 βλαβεῖς, ἐσκώπτεν ἑαυτὸν τὴν χλωτῆτα τοῦ σκελῶς
 καὶ τὸ κυρτόν τῶν ὠμῶν. ἐπορευετο δε ἐπὶ τὰς τῶν
 φίλων ἔξιας, ἀκλήτος, κεκλήμενος, διαλάσσων τοὺς
 οἰκείωτατους ἀλλήλους, εἰποτε ζασιαζόντας αἰσθοῖτο.
 ἐπετιμα δε οὐ μετὰ πικρίας, ἀλλὰ μετὰ χαρίτος. οὐχ
 ἵνα συκοφαντεῖν δοκῆ τοὺς σωφρωνισθέντας, ὠφελειν
 δε ἐθέλων αὐτοὺς τε ἐκείνους καὶ τοὺς ἀκούοντας.

XIV. S T O I C I

quorum auctor fuit¹

Z E N O.

Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, ejus inventorum aemuli Stoici nominantur: homo mercuriale acutus, etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est.

P. Mu-
ren. c. 29,
Fam. 9, 22.

Ζηνων, Κιτιεύς (πόλις δὲ ἐστὶ Κυπρίου τὸ Κιτιόν) Suidas, φιλοσοφός, ὃς ᾗξε τῆς Στωϊκῆς αἵρεσεως. ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς Στωϊκός, διὰ τὸ ἐν τῇ σοφίᾳ τῇ ἐν Ἀθηναῖς διδάξαι αὐτὸν; ἤτις Ποικίλη ἐκλήθη: μαθητῆς δὲ ἦν Κρατήτος τοῦ Κυνικοῦ εἰτα Πολεμώνος τοῦ Ἀθηναίου.

Zeno Cittieus, advena quidam et ignobilis verborum epifex insinuasle se in antiquam philosophiam videtur. — Polemonem audiverant assidue Zeno et Arcefilas. Sed Zeno quum Arcefilam anteiret aetate, valdeque subtiliter differeret, et peracute moveretur; corrigere conatus est disciplinam (veteris Academiae). Sed existimo, veteres illos Platonis auditores, Spensippum, Aristotelem, Xenocratem: deinde horum; Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, quum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret. Verum non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum (1).

Tusc. 5,

12.

Ac. 1, 9,

Fin. 4, 2,

Fin. 3, 2.

Zenonis est hoc Stoici: omnem vim loquendi, ut jam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes; rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.

Q 5

Plu-

(1) Fusius hoc ostendit Cicero l. 4 de Fin. c. 2 — 10, ubi veteris Academiae et Peripateticorum doctrinam cum Stoicorum ratione comparat.

Ac. I, 11.

Plurima in illa philosophiae parte, quae erat in ratione et in differendo, mutavit, in qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova: quos punctos esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille *φαντασιαν*, nos visum appellatione licet. Sed ad haec, quae visa sunt, et quasi accepta sensibus, assensionem adiungit animorum: quam esse vult in nobis positam, et voluntariam. Visia non omnibus adungebat fidem, sed iis solum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quae viderentur ⁽²⁾: id autem visum, quum ipsum per se cerneretur ⁽³⁾, comprehensibile. (Feretis haec? Nos vero, inquit Atticus, quoniam enim modo *καταληπτον* diceres?) Sed quum acceptum iam et approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat, quum eo verbo antea nemo tali in re usus esset: plurimisque idem novis verbis (nova enim dicebat) usus est. Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat, et si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam nominabat: ex qua existeret etiam opinio, quae esset imbecilla et cum falso incognitotque communis. Sed inter scientiam et inscientiam comprehensionem illam, quam dixi, collocabat, eamque neque in rectis neque in pravis numerabat, sed soli credendum esse dicebat; e quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod, ut supra dixi,

com.

(2) h. e. in quibus essent, quae ita propria essent ei rei, ut cum nulla alia communicarentur, per quae agnosci semper et ab aliis omnibus discerni possent.
Ernesti.

(3) sc. non confusum cum aliis, propter illam propriam declarationem. Ern.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



crates et superiores etiam animum esse dixerunt: nec vero, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus. — Zeno ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via (4). Censet enim, artis maxime proprium esse, creare et gignere: quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam, quam sequatur. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercet et continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Animus quoque Zenoni Stoico ignis videtur.

(*Vellejus Epicureus loq.*) Zeno naturalem legem, divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus. Deum autem animantem certe volumus esse. Atque hic idem alio loco aethera deum dicit, si intelligi potest nihil sentiens deus. Aliis autem libris rationem quandam, per omnem naturam rerum pertinentem, vi divina esse affectam putat (5). Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumque mutationibus. Quum vero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas receptasque cognitiones deorum, neque enim
— Jovem,

(4) δοκει τοις Στωϊκοις την φυσιν ειναι πυρ τεχνικον (i. e. non arte excitatum sed artificiose agentem) ὁδῳ βαδίζον εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστὶ πνευμα πυρροειδὲς καὶ τεχνουίδες. Diog. L. VII, 156.

(5) De Stoicorum anima mundi loquitur.

Jovem, neque Junonem, neque Vestam, neque quemquam, qui ita appelletur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis atque mutis, per quandam significationem (6) haec docet tributa nomina.

Zenoni et reliquis fere Stoicis Aether videtur Ac. 2, 41. summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur.

Zeno sic premebat argumentum: Quod ratione Nat. d. 2, utitur, id melius est, quam id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur (7). Idemque hoc modo: Nullius sensu carentis pars aliqua potest esse sentiens. Mundi autem partes sentientes sunt. Non igitur caret sensu mundus. Pergit idem et urget angustius: Nihil, inquit, quod animi, quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem competentemque rationis. Mundus autem generat animantes, competesque rationis. Animans est igitur mundus composque rationis. Idemque similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo: Si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur: num dubitares, quin inesset in oliva tibicinis quaedam scientia? Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem scilicet censes, in platanis inesse

(6) i. e. symbolice, vel allegorice. Physicas enim allegorias ex mythologia exsculpebant Stoici.

(7) Hoc argumentum Zenonis ab Academico Cotta (l. 3, 9) ita refutatur: „Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod litteratum est, id est melius, quam quod non est litteratum. Nihil autem mundo melius. Litteratus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, et quidem mathematicus, musicus, postremo philosophus erit mundus.

in esse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, quum ex se procreet animantes atque sapientes?

E t h i c a.

Ac. 1, 10. Zeno nullo modo is erat, qui, ut Theophrastus (vid. p. 230), nervos virtutis incideret: sed contra, qui omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret: nec quidquam aliud numeraret in bonis, idque appellaret honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum. Cetera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturae esse contraria; iis ipsis alia interjecta et media numerabat. Quae autem secundum naturam essent, ea sumenda, et quadam aestimatione dignanda docebat: contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat; in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. Sed quae essent media (8), ex iis
alia

(8) *Media* (sc. inter bonum malumque). Sic dedi, obsecutus Davilio, pro vulgata *sumenda*, quae quidem lectio nimis apertam contradictionem continet, quam ut Ciceronis aciem effugere potuerit. — Sic enim *sumendorum* species forent *rejecta*, quae prorsus sibi opposita esse, ipse aliis locis saepissime docet. Sed ne sic quidem satis accurate Stoicorum divisionem exposuit Cicero. Duas enim omnino classes των αδιαφορών i. e. rerum inter bonum malumque interjectarum, constituebant Stoici, prout res istae aut αξιαν (*dignitatem*, vel, ut Cicero vertit, *aestimationem*) aut απαξιαν (*indignitatem*) haberent. Utramque classem dividebant rursus, prout res illae vel maiorem vel minorem αξιαν vel απαξιαν haberent; ut igitur quatuor omnino των αδιαφορών classes existerent. Ita Stobaeus (Ecl. Eth. p. 174) „των δ' αξιαν εχοντων τα μεν λεγουσι εχειν πολλην αξιαν, τα δε βραχειαν· ομοιως δε και των την απαξιαν εχοντων. τα μεν εχειν πολλην απαξιαν, τα δε βραχειαν. τα μεν πολλην εχοντα αξιαν, Προηγμενα (Cicero Praeposita vid. mox.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

tutem in ratione esse dicerent, sed quasdam virtutes natura aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat: quumquē illi genera virtutum sejungi posse arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri posse disserebat (10): nec virtutis ulum modo, ut superiores, sed ipsum habitum per se esse praeclarum; nec tamen virtutem cuiquam adesse, quin ea semper uteretur. Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque et condolefcere et concupiscere et extimescere, et efferri laetitia dicerent, sed eam contraherent in angustumque deducerent: hic omnibus his quasi morbis voluit carere

sa-

p. 174) των καθηκοντων τα μεν ειναι φασι τελεια, αδη και κατορθωματα λεγεται κατορθωματα δ' ειναι τα και αρετην ενεργηματα, οιον το φρονειν, το δικαιοπραγειν· ουκ ειναι δε κατορθωματα τα μη ουτως εχοντα, αδη ουδε τελεια καθηκοντα προσαγορευουσιν, αλλα ΜΕΣΑ, οιον το γαμειν, το διαλεγεσθαι, et id. ib. κατορθωμα ειναι λεγουσι καθηκον παντας επεχον τους αριθμους, η τελειον καθηκον. Cicero de Off. 1, 3 scribit: „Atque etiam alia divisio est officii Nam et medium quoddam officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium, rectum, opinor, vocemus, quod Graeci κατορθωμα, hoc autem commune καθηκον vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant: medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.“ Et alibi (de Fin. 3, 18): „Quoniam non dubium est, quin in iis, quae media dicimus, sit aliud sumendum, aliud rejiciendum: quidquid ita sit, aut dicitur, communi officio continetur. Ex quo intelligitur, quoniam se ipsos omnes natura diligunt, tam insipientem quam sapientem sumturum, quae secundum naturam sint, rejecturumque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis: ex quo efficitur versari in iis, quae media dicimus. — Conf. Tiedemannii Syst. Philosoph. Stoicae T. 3 p. 299 sqq.

(10) Diog. L. 7, 125. Τας αρετας λεγουσι οι Στωϊκοι αντακολουθειν αλληλαις, και τον μιαν εχοντα πασας εχειν.

sapientem. Quumque eas, perturbationes antiqui naturales esse dicerent, et rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, alia rationem collocarent, ne his quidem assentiebatur. Nam et perturbationes voluntarias esse putabat, opinionisque iudicio suscipi, et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem, immoderatam quandam intemperantiam. Est autem Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit, quod *παθος* ille dicit, averfa a recta ratione, contra naturam, animi commotio. Tusc. 4, 6,

In quarto de Finibus libro, quo Cicero contra Catonem Stoicum differit, haec inter alia occurrunt: In prima constitutione Zeno tuus a natura recessit: quumque summum bonum posuisset in ingenii praestantia, quam virtutem vocamus, nec quidquam aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum, nec virtutem posse constare, si in ceteris rebus esset quidquam, quod alio aliud melius esset aut pejus: his propositis, tenuit prorsus consequentia. Sed ita falsa sunt ea, quae consequuntur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint. Quae sequuntur igitur? omnes, qui non sint sapientes, aequae miseros esse: sapientes omnes summe beatos esse: recte facta omnia aequalia: omnia peccata paria. Quae quum magnifice primo dici videntur, considerata minus probantur: sensus enim, cujusque et natura rerum atque ipsa veritas clamat quodam modo, non posse se adduci, ut inter eas res, quas Zeno exaequaret, nihil interesset. Postea ille Poenulus, (scis enim Cittiaeos e Phoenicia profectos) homo igitur acutus, causam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit: et primum rebus iis, quas nos bonas ducimus, concessit, ut haberentur aptae, habiles, et ad naturam accommodatae: faterique coepit, sapienti, hoc est, summe beato, commodius tamen esse, si ea Fin 4, 19.

R

quoque

quoque habeat, quae bona non audent appellare; negatque Platonem, si sapiens non sit; eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium: huic mori optimum esse, propter desperationem sapientiae; illi, propter spem, vivere. Peccata autem esse partim tolerabilia, partim nullo modo, propterea quod alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officii praeterirent. Jam insipientes alios ita esse, ut nullo modo ad sapientiam possent pervenire: alios, qui possent, si id egissent, sapientiam consequi. Hic loquebatur aliter, atque omnes: sentiebat idem, quod ceteri: nec vero minoris aestimanda ducebat ea, quae ipse bona negaret esse, quam illi, qui ea bona esse dicebant. Quid igitur voluit sibi, qui illa mutaverit? Saltem aliquid de pondere detraxisset, et paullo minoris aestimavisset ea, quam Peripatetici, ut sentire quoque aliud,

Fin. 4. 25. non dicere videretur. — Dicit Zeno differre inter honestum et turpe nimium quantum, nescio quid immensum: inter ceteras res nihil omnino interesse. Idem adhuc: (audi reliqua, et risum contine, si potes) Media illa, inquit, inter quae nihil interest, tamen ejusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia rejicienda, alia omnino negligenda, hoc est, ut eorum alia velis, alia nolis, alia non cures. At modo dixeras, nihil in his rebus esse, quod interesset. Et nunc idem dico, inquires, sed ad virtutes et ad vitia nihil interesse. Quis istud, quaeso, nesciebat? Verum audiamus. Ista, inquit, quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam graece προηγμενα, latine autem Producta: sed Praeposita aut Praecipua malo. Sic tolerabilius et mollius. Illa autem, egestatem, morbum, dolorem, non appello mala, sed, si licet, Rejectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed

su-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



esse nisi stultum et levem; viri non esse, neque exorari neque placari; solos sapientes esse, si distortissimi sunt, formosos; si mendicissimi, divites; si servitutem serviant, reges; nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt; omnia peccata esse paria; omne delictum, scelus esse nefarium; nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quam eum, qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam.

Priusquam ad successores Zenonis accedamus, alios quosdam illius discipulos, qui non omnes omnino in illius permanserunt doctrina, commemoramus, nimirum Persaeum, Aristonem Chium, Dionysium, Herillum etc.

Nat. d. 1,
15. **PERSAÆUS**, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa: ipsasque res utiles et salutare deorum esse vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse deorum, sed ipsa divina.

Nat. d. 5,
31. **ARISTOCHIUS** dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta mala interpretarentur: posse enim alotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire.

ib. 1, 14. Zenonis discipuli Aristonis magno in errore sententia est: qui neque formam dei intelligi posse censeat, neque in diis sensum esse dicat, dubitetque omnino, deus animans necne sit.

Fin. 4, 17. Aristonis est explosa sententia, dicentis, nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter virtutes et vitia, inter quas quidquam omnino interesset. Dixit enim, solum bonum esse, quod honestum esset, malumque quod turpe; ceteras res
omnes

omnes plane pares, ac ne minimum quidem, utrum adessent an abessent, interesse. Quare quum Aristoni et Pyrrhoni ea, quae prima natura approbat, omnino visa sint pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte jam pridem contra eos desitum est disputari. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione exspoliarent: nec ei quidquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur: virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Attamen, quum Pyrrho, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinqueret: Aristo nihil relinquere non est ausus: introduxit autem, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quodcumque in mentem incidere, et quodcumque tanquam occurreret. In hoc melior quam Pyrrho, quod vel aliquod genus appetendi dedit: deterior, quam ceteri, quod penitus a natura recessit. Roges enim Aristonem, bonane ei videantur haec, vacuitas doloris, divitiae, valitudo? neget. Quid, quae contraria sunt his, malane? nihilo magis. Zenonem roges: respondeat totidem verbis. Admirantes quaeramus ab utroque, quonam modo vitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus, valeamus aegrine simus; vacemus, an cruciemur dolore: frigore, famem propulsare possimus, necne possimus. Vives, inquit Aristo, magnifice, atque praeclare: quod erit cunq̄ue visum agens nunquam angere, nunquam cupies, nunquam timebis. Quid Zeno? portenta haec esse dicit, nec ea ratione ullo modo posse vivi. Aristo igitur, quum Zenonis fuisset auditor, re probavit ea, quae ille verbis: Nihil esse bonum nisi virtutem; neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium: in medijs ea momenta, quae Zeno voluit, (vid. p. 256 sq.) nulla esse censuit. Huic

Leg. 1, 15. summum bonum est, in his rebus neutram in partem moveri: quae *αδιαφορία* ab ipso dicitur. Haec est Aristonis difficilis atque ardua, sed jam tamen fracta et convicta secta, qui, virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa aequalitate ponerent.

Tusc. 2, 25. Homo sane levis, Heracleotes DIONYSIUS, quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est. Nam quum ex renibus *) laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset. Quem quum Cleanthes condiscipulus rogaret, quaenam ratio eum de sententia deduxisset, respondit: Siquis tantum operae philosophiae dedisset, dolorem tamen ferre non posset: satis esset argumenti, malum esse dolorem. Plurimos autem annos in philosophia consumsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor. Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse;

Audisne haec, Amphitaraë, sub terram abdite?

Ac. 2, 22. Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat. Nam Dionysius hic Heracleotes, quum multos annos tenuisset Zenonique magistro credidisset, honestum quod esset, id bonum solum esse, postea defensitavit, honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum.

HERIL.

*) Repugnat sibi Cicero, qui Fin. 5, 31 scribit: Heracleotes ille Dionysius flagitiose descivisse videtur a Stoicis propter *oculorum* dolorem. Et hoc quidem verius, quum Diogenes quoque Laërtius (7, 166) scribat: *Διονυσίος ὁ Μεταθιμένος* (quod cognomen accepit ob mutatam sententiam) *τελος εἶπε τὴν ἡδονὴν διαπερισσῶν οφθαλμίας.*

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

dentur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus: alia vis honoris, ignominiae, praemii, supplicii: ea si sequamur, nullam unquam rem dicendo expedire possimus. Porro Stoicorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt. Quumque duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una invenendi, altera differendi: hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, Stoici omnino ne attigerunt quidem. Nam e quibus locis, quasi thesauris, argumenta depromerentur, ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio et via tradiderunt.

Off. 2, 2. Non aliud est philosophia, quam studium sapientiae. Sapientia autem est rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus haec res continentur, scientia. Totam autem philosophiam quum veteres Academici ac Peripatetici tres in partes divisissent, hanc partitionem a Zenone retentam esse Topic. 2, 2. videmus. Et primum quidem iudicandi vias diligenter persecuti sunt Stoici ea scientia, quam Dialecticam appellant. Ad ipsas etiam virtutes Dialecticam adjungunt et Physicam: easque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur, eaque, quae de bonis et malis diceremus, ut tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte quumvis arbitrantur a vero abduci fallique posse. Recte igitur, si omnibus in rebus temeritas ignoratioque vitiosa est, ab his ea, quae tollit haec, virtus nominata est. Physicae quoque non sine causa tributus idem est honos: propterea quod, qui convenienter naturae victurus sit, ei et proficiscendum est ab omni mundo et ab ejus procuratore. Nec vero potest quisquam de bonis et malis vere iudicare, nisi omni
cognita

cognita ratione naturae et vitae etiam deorum, et utrum conveniat necne natura hominis cum universa.

Rerum notiones *secundum Stoicos* in animis *Fin. 3, 10.* sunt, si aut usu aliquid cognitum sit, aut conjunctione [*επισυνθεσις*] aut similitudine [*ὁμοιωσις*] aut collatione rationis [*ἀναλογία*] (1). Hoc quarto boni notitia facta est. Quum enim ab iis rebus, quae sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notitiam boni pervenit.

Sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum, falsum esse et Stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus: posse enim eum falsa a veris et, quae non possint percipi, ab iis, quae possint, distinguere. *Attamen* multa falsa esse dicunt, longeque aliter se habere ac sensibus videantur. Id autem solum percipi posse, quod sit verum tale, quale falsum esse non possit; et sapientem nihil opinari. *Ac. 2, 21. ib. 31. ib. 33.*

Phyfica et Theologica.

Stoici dicere solent, nihil esse, quod Deus efficere non possit, et quidem sine labore ullo: ut enim hominum membra nulla contentione mente ipsa ac voluntate moveantur, sic numine deorum omnia fingi, moveri, mutarique posse. Neque id dicunt superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione: materiam enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem; ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit; ejus autem universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam: hanc igitur, quocumque se moveat, efficere posse, quidquid velit. *Nat. d. 5, 39.*

R 5

Sedes

(1) Vid. *Diog. L. 7, 53.* et *Tiedemann T. I. p. 87* sqq.

Sedes Physices atque Theologiae Stoicorum apud Ciceronem est liber secundus de natura deorum, in quo Lucilius Balbus, Stoicorum patronus, physicam sectae suae rationem copiose explicat. Cujus quidem disputationis summam strictim hic proponere haud alienum erit.

Nat.d.2,1

Omniño dividunt nostri (i. e. Stoici) totam istam de diis immortalibus quaestionem in partes quatuor. Primum docent esse deos: deinde quales sint: tum, mundum ab his administrari: postremo, consulere eos rebus humanis. Ne egere quidem videtur oratione prima pars. Quid enim potest esse tam apertum, quum coelum suspeximus, coelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur? Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum seculis aetatibusque hominum inveterare potuisset. Et saepe visae formae deorum quemvis, non aut hebetem aut impium, deos praesentes esse confiteri coegerunt. Magna augurum auctoritas. Quid? haruspicum ars, nonne divina? Haec et innumerabilia ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri, deos esse? Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Omnibus innatum et in animo quasi insculptum est, esse deos. Et ex ipsa hominum sollertia, esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. Unde enim hanc homo arripuit? Quin et humorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem animum denique illum spirabilem si quis quaerat unde habeamus, apparet, quod aliud a terra sumimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aere.

c. 7. Rationem autem et mentem unde sustulimus? An

hoc

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



igitur, in qua mundi inest principatus, haec inesse necesse est, et acriora quidem atque majora. Quocirca sapientem esse mundum necesse est; naturamque eam, quae res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere; eoque deum esse mundum (3), omnemque vim mundi natura divina contineri. Atque etiam mundi ille fervor purior mobiliorque multo est quam hic noster calor, quo haec, quae nota nobis sunt, retinentur et vigent. Absurdum igitur est dicere, quum homines bestiaeque hoc calore teneantur, et propterea moveantur ac sentiant, mundum esse sine sensu; qui integro, et puro eodemque acerrimo et mobilissimo ardore teneatur; praesertim quum is ardor, qui est mundi, non
agi-

(3) Quo sensu Stoici mundum ipsum vocarint deum, a Varrone discimus, qui (ut est ap. Augustin. de civit. d. 7, 6) dixit: „*Deum se arbitrari esse animam mundi, et hunc ipsum mundum esse deum. Sed sicut hominem sapientem, quum sit ex corpore et animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum dici ab animo, quum sit ex animo et corpore.*“ Recte igitur Lipsius (Physiol. Stoic. 1, 8): „*Mundus non εννοιας et sua natura deus, sed κατα μεταδοσιν, quia communicat et participat illam mentem mundo insitam.*“ Sola enim haec mens, per totum mundum penetrans atque commeans, verus Stoicorum deus est. Sic tollitur repugnantia ea, quum Stoici modo mundum deum esse dicunt (divinum rectius dixissent) modo illam a deo regi decet. Duo omnino mundi principia agnoscebant, alterum agens, patiens alterum, Hoc erat materia, illud, quod subtilissimum ignem esse credebant, deus. Audi Senecam Stoicum (Epist. 65): *Universa ex materia et deo constant: Deus ista temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est, quod facit (quod est Deus) quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illis materia, id nobis corpus est.*

agitatus ab alio sed per se ipse moveatur. Ex quo efficitur animantem esse mundum.

Atque ex hoc quoque intelligi potest, in eo in- c. 12.
esse intelligentiam, quod certe est mundus melior,
quam ulla natura. Quod si ita est, sapiens sit mun-
dus necesse est; nam ni ita esset, hominem pluris
esse quam mundum omnem oporteret. Atque etiam,
si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectas-
que volumus procedere, ad deorum naturam per-
veniamus necesse est. Primo enim iis, quae gignun-
tur e terra, natura nihil tribuit amplius, quam ut
ea alendo atque augendo tueretur. Bestiis autem
sensum et motum dedit: homini addidit rationem.
Quartus autem gradus et altissimus est eorum, qui c. 13.
natura boni sapientesque gignuntur: quibus a prin-
cipio in nascitur ratio recta constansque, quae supra
hominem putanda est, deoque tribuenda, id est,
mundo: in quo necesse est perfectam illam inesse
rationem. Neque enim dici potest, in ulla rerum
institutione non esse aliquid extremum atque per-
fectum.

Atque hac mundi divinitate perspecta, tribuen- c. 15.
da est sideribus eadem divinitas; quae ex mobilissi-
ma purissimaque aetheris parte gignuntur: ut ea
quoque rectissime et animantia esse, et sentire atque
intelligere dicantur. Probabile est, praestantem c. 16.
intelligentiam in sideribus esse, quae et aetheream
mundi partem incolant, et marinis terrenisque
humoribus; longo intervallo extenuatis, alantur.
Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxi- c. 21.
me declarat ordo eorum atque constantia, quae non
possum intelligere sine mente, ratione, consilio.
Quae quum in sideribus inesse videamus, non pos-
sumus ea ipsa non in deorum numero reponere.
Multae autem aliae naturae deorum ex magnis c. 23.
beneficiis eorum constitutae nominataeque sunt.

Ita-

Itaque tum illud, quod erat a deo datum, nomine ipsius dei nuncupabant: tum autem res, in qua vis
 c. 24. inest inajor aliqua, sic appellatur. Suscepit autem vita hominum, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent. Alia quoque ex ratione, et quidem physica, magna fluxit multitudo deorum. Physica enim ratio inelusa est in im-
 c. 26. pias fabulas. Sic aër, ut Stoici disputant, Junonis nomine consecratur: quae est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo est aetheris et tum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum Junonique
 c. 28. tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Ita a multis physicis rebus tracta ratio est ad commenticios et fictos deos. Sed tamen his fabulis spretis Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia poterunt intelligi (*), qui qualesque sint, quoque eos nomine
 con-

(4) Diog. L. VII. 147. Ὁ θεος πολλαῖς προσηγορίαις προσονομαζέται κατὰ τὰς δυνάμεις. Διὰ μὲν γὰρ φασὶ, δι' ὅντα παντα. Ζηνα δὲ καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἰτιὸς ἐστίν· Ἀθηνᾶν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἴθερα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ· Ἥραν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἴρα· καὶ Ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ἕγρον· καὶ Δημητράν, κατὰ τὴν εἰς γῆν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας, ἐχομένοι τινὸς οἰκειότητος. ἀπεδοσαν. Rectissime quoque Eriphanius: Καὶ Στωϊκοὶ μὲν φρονοῦσι περὶ θεοτήτος τοῦτο, φασκόντες εἶναι ἕνὸν τὸν θεόν, ὅς παντός τοῦ ὄρωμένου κτύπος, οὐρανοῦ τε φῆμι καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἐν σωματι, ψυχῇ. μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερίκας οὐσίας, εἰς ἡλίον καὶ σελήνην καὶ ἀστρά, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα καὶ τὰ ἄλλα. Nec minus vere Athenagoras (Apolog. c. 6., Οἱ ἀπο τῆς σοφίας κἄν ταις προσηγορίαις κατὰ τὰς παραλλάξεις τῆς ὕλης, δι' ἧς φασὶ τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ θεοῦ, πληθύνουσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνομασι, τῷ ἕνὸν ἐργῶ ἕνα νομίζουσι τὸν θεόν. Hinc intelligi facile potest, quo sensu Stoici, ut Balbus quoque apud Ciceroñem, modo de deo modo de diis loquantur. Unus illis erat summus deus, sed pro diversitate quum virium, tum mundi partium, quas permearet,
 plu-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ac deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur (6).

e. 47. Quid est in rebus terrestribus, in quo non naturae ratio intelligentis appareat? (*Jam sequitur egregia et copiosa hujus rei demonstratio, qua probatur, aptissime omnia in terra esse constituta, ut non possit non agnosci divinae providentiae vis ac bonitas*).

e. 65. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli et provideri solet. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos.

Div. 1, 3. Stoici omnia fere divinationis genera defendunt, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsit, et ea Cleanthes paullo uberius fecit. Divinationem esse revera hac Stoicorum ratione concluditur: Si sunt dii, neque ante delarant hominibus, quae futura sunt: aut non diligunt homines; aut, quid eventuram sit, ignorant; aut existimant, nihil interesse hominum, scire quid futurum sit; aut non censent esse suae majestatis praesignificare hominibus, quae sunt futura: aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt. At
neque

(6) Haec est celeberrima illa Stoicorum de mundi exustione et renovatione doctrina, cujus tamen primus inventor fuit Heraclitus. Simplicius (in Aristot. de Coelo) scribit: 'Ο Ηρακλειτος ποτε μεν εξαπτεσθαι φησι τον κοσμον, ποτε δε εκ πυρος αυθις συνισασθαι. Ταυτης δε της δοξης υσερον εγενοντο οι Στωϊκοι. Et Numenius (ap. Euseb. Praep. Ev. 15, 18.) Αρσκει τοις Στωϊκοις, την ολην ουσαν εις πυρ μεταβαλλειν, οιον εις σπερμα, και παλιν εκ τουτου αυτην αποτελεισθαι την διακοσμησιν, οια το προτερον ην. Conf. Lipsius (Physiol. Stoica l. 2. diss. 22.) Tiedemann T. II. p. 102 sqq. et imprimis Jac. Thomafius de exustione mundi Stoica.

neque non diligunt nos (sunt enim benefici); neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quae eventura sunt (erimus enim cautiores, si sciemus): neque hoc alienum, ducunt majestate sua (nihil est enim beneficentia praestantius); neque non possunt futura praenoscere. Sunt autem dii; significant ergo. Est igitur divinatio. Non tamen placet Stoicis, singulis jecorum fissis aut avium cantibus interesse deum; sed ita a principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent. Negant etiam Stoici quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse. ib. 5a. Div. 2, 63.

Stoici omnia fato fieri dicunt. Fatum autem id appello, quod Graeci *εἰμαρμενῆν*, id est, ordinem seriemque causarum, quum causa causae nexa rem ex se gignat. (vid. mox Chrysippus). Fat. 15. Div. 1, 55

Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem; vocabulorum, cur quique ita appellati sint causas explicare (vid. p. 270 n. 4). Quod quum faciunt, illud profecto confitentur, longe aliter se rem habere, atque hominum opinio sit: eos enim qui dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras deorum. Nat. d. 3, 24.

Placet Stoicis, quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent. Off. 1, 7.

Sumunt Stoici, nihil esse animum nisi ignem, et usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus: diu mansuros ajunt animos; semper, negant (7). Nat. d. 3, 14. Tusc. 1, 31.

Ethica

(7) Numenius ap. Euseb. (Praep. Ev. 15, 20) *Την ψυχήν γεννητήν τε και φθαρτήν λεγασι (οἱ Στωϊκοι)· μη ευθυς δε τε*

E t h i c a.

Ethices Stoicae sedes apud Ciceronem est tertius de Fin. bon. liber, in quo Cato Stoicus sectae doctrinam exponit, unde praecipua huc transferam.

Fin. 3, 5. Placet his, quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal (hinc enim est ordiendum) ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum et suum statum, et ad ea, quae conservantia sunt ejus status, deligenda; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quae interitum videantur afferre. Id ita esse sic probant, quod, ante quam voluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parvi, aspernenturque contraria. Ex quo intelligi debet, principium ductum esse a se diligendo. In principiis autem naturalibus plerique Stoici non putant voluptatem esse ponendam: ne, si voluptatem natura possuisse in iis rebus videatur, quae primae appetuntur, multa turpia sequantur.

6. Sequitur prima divisio haec: Aestimabile esse dicitur, id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit,

σωματος απαλλαγείσαν φθίρεισθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων· τὴν δὲ τῶν ἀφροῶν πρὸς ποσοῦς τινὰς χρόνους· τὰς δὲ τῶν ἀφροῶν καὶ ἀλογῶν ζῶων ψυχὰς συναπαλλυσθαι τοῖς σώμασι. Tertullianus de Anim. c. 54. „Qui aliquod animae tempus indulgent, ab excessu usque in conflagrationem universitatis, ut Stoici, suas solas, id est, sapientium animas in supernis mansionibus collocant.“ — Diog. L. VII, 156. δοκεῖ τοῖς Στωϊκοῖς τὴν ψυχὴν εἶναι αἰσθητικὴν· ταυτην δὲ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν· πνεῦμα· διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν, φθαρτὴν δὲ εἶναι· τὴν δὲ τῶν ὅλων ἀφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐκ τοῖς ζῶοις. Κλεανθῆς μὲν οὖν πᾶσας ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως· Χρυσίππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνον.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



turae convenienterque vivere (8); necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunatae vivere, nulla re impediri, nulla egere. Quod autem honestum est, id solum bonum iudicamus — et efficitur, nihil esse malum quod turpe non sit. Peripatetici corporis commodis compleri vitam beatam putant; nostri nihil minus. Nos, qui valitudinem aestimatione aliqua dignam judica-

(8) Hunc Stoicorum finem bonorum (ὁμολογουμένως τῆ φύσει ζῆν) Cicero ipse ita explicat (de Fin. 2, 11.) „Stoicis finis bonorum est consentire naturae; quod esse volunt e virtute, id est, honeste vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quae natura evenirent, (i. e. Chryssippi ζῆν κατ' ἐμπειρικῶν τῶν φύσει συμβαινόντων vid. Diog. Laert. 7, 87). eligentem ea, quae essent secundum naturam, rejicientemque contraria.“ Et alibi (de Offic. 3, 3) „Quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturae vivere: id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper: cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Diog. quoque Laert. l. c. πρῶτος ὁ Ζηνων τέλος εἶπε ὁμολογουμένως τῆ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν. Dissentit aliquantum ab hoc Stobaeus (Ecl. Eth. p. 172) το τέλος μὲν Ζηνων οὕτως ἀπέδωκε, το ὁμολογουμένως ζῆν. τοῦτ' ἐστὶ κατ' ἓνα λόγον καὶ συμφωνόν ζῆν. οἱ δὲ μετὰ τοῦτον προσδιαφθρουντες, οὕτως ἐξεφερον, Ὁμολογουμένως τῆ φύσει ζῆν. Κλεανθῆς γὰρ πρῶτος προσεθήκει, Τῆ φύσει. Cum Zenone congruit Seneca ep. 31. „Perfecta virtus est aequalitas, ac tenor vitae per omnia consonans sibi“ et (ep. 20) „Sapientia est semper idem velle atque idem nolle; licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere nisi rectum.“ — Notandum etiam, naturae vocem in summo bono constituendo non eodem sensu ab omnibus usurpatam esse. Diog. L. 7, 89. φησιν δὲ Χρυσίππος μὲν ἐξακουεῖ, ἢ ἀκόλουθως δεῖ ζῆν, τὴν τε κοινὴν καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρώπινην. ὁ δὲ Κλεανθῆς τὴν κοινὴν μόνον εἰδεχεται φύσιν, ἢ ἀκόλουθιν δεῖ.

judicamus, neque tamen eam in bonis penimus, iidem censemus, nullam esse tantam aestimationem, ut ea virtuti anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent, quibus dicendum est, quae et honesta actio sit et sine dolore, eam magis esse expetendam, quam si esset eadem actio cum dolore. Nobis aliter videtur. Ut enim obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae: sic omnis ista rerum in corpore sitarum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur et obruatur atque intereat necesse est.

Crescere bonorum finem non putamus. Ut enim, qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut jam jamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo: nec catulus ille, qui jam appropinquat ut videat, plus cernit, quam is, qui modo est natus: ita qui processit aliquantum ad virtutis aditum⁽⁹⁾ nihilominus in miseria est, quam ille qui nihil processit. Sed quanquam negent, nec virtutes nec vitia crescere, attamen utrumque eorum fundi quodam modo et quasi dilatari putant. (*Jam sequitur divisio των αδιαφορων in προηγμενα et αποπροηγμενα, de qua supra p. 254 satis superque dictum est.*)

Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello, quae *τελικά* dicuntur) alia autem efficientia, quae Grae-

S 3

ci

(9) Has similitudines Cicero l. IV, 24. contra Catonem disputans, ita refellit: „Ista similia non sunt, Cato, in quibus quamvis multum processeris, tamen illud in eadem causa est, a quo abesse velis, donec evaseris. Illa similia sunt: hebes acies est cuiquam oculorum: corpore alius languescit: hî curatione adhibita levantur in dies; alter valet plus quotidie, alter videt.

- ci ποιητικά*, ália utrumque (10). De pertinenti-
 bus nihil est bonum praeter actiones honestas; de
 efficientibus nihil praeter amicum. Sed et per-
 tinentem et efficientem sapientiam volunt esse.
- c. 17. Quae Praeposita dicimus, partim sunt per se ipsa
 praeposita, partim quod aliquid efficiunt, partim
 utrumque. Per se ut quidam habitus oris et vul-
 tus, ut status, ut motus: alia ob eam-rem prae-
 posita dicuntur, quod ex se aliquid efficiant, ut
 pecunia: alia autem ob utramque rem, ut integri
 sensus, ut bona valitudo. De bona autem fama
 (quam appellant *ευδοξίαν*) Chrysippus quidem et
 Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem
 ejus causa porrigendum esse dicebant. Qui autem
 post eos fuerunt, bonam famam ipsam propter se
 praepositam et sumendam esse dixerunt. Sed,
 quum, quod honestum sit, id solum bonum esse
 dicamus; consentaneum tamen est fungi officio,
 quum id officium nec in bonis ponamus nec in
 malis (*vid. p. 255*). Est autem officium, quod ita
 factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi pos-
 sit. Quoniamque in his rebus, quae neque in vir-
 tutibus sunt, neque in vitiis, est tamen quiddam,
- c. 18. quod usui possit esse, tollendum id non est. Atque
 perspicuum etiam illud est, in istis rebus mediis
 aliquid agere sapientem.

In quo plura sunt, quae secundum naturam
 sunt, hujus officium est, in vita manere: in quo
 autem

(10) Diog L. 7, 96. Τον αγαθων τα μεν ειναι φασι τελικα,
 τα δε ποιητικα, τα δε τελικα και ποιητικα. Τον μεν ουν
 φιλον και τας απ' αυτου γινομενας ωφελειας ποιητικα ειναι
 αγαθα. Θαρσος δε και φρονημα και ελευθεριαν και τερψιν
 και αλιπτιαν και πασαν την κατ' αρετην πραξιν, τελικα.
 ποιητικα δε και τελικα ειναι αγαθα (τας αρετας) καθο μεν
 αποτελουσιν την ευδαιμονιαν ποιητικα εσιν αγαθα καθο
 δε συμπληρουσιν αυτην, ως μερη αυτης γινεσθαι, τελικα.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



- Fin. 4. 12.** *quaedam excerpam.* Mihi in hoc Stoici joculari videntur interdum, quum ita dicant, si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumaturum sapientem eam vitam potius, quo haec adjecta sint, nec beatiorum tamen ob eam causam fore. — Stoici, quod ea, quae ad naturam accommodata, et per se assumenda esse dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, desciscunt a natura. Ponunt illi quidem prima naturae, sed ea sejungunt a finibus, et a summa bonorum: quae quum ponunt, ut sit aliqua rerum selectio, naturam videntur sequi; quum autem negant, ea quidquam ad beatam vitam pertinere, rursus naturam relinquunt.
- c. 16.** Quum expectant et avent audire, cur dolor malum non sit; dicunt Stoici, asperum esse dolere, molestum, contra naturam, difficile, toleratu: sed, quia nulla sit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec culpa, nec turpitudine, non esse illud malum. Negas, fortem esse quemquam posse, qui dolorem malum putet. Cur fortior sit, si illud asperum et vix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas,
- c. 25.** non ex vocabulis nascitur. Quae est igitur causa istarum angustiarum? Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Quum enim, quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tollitur cura valetudinis, diligentia rei familiaris, administratio reipublicae, officia vitae. Ex ea difficultate illae fallaciloquentiae natae sunt. Ex iisdem verborum praestigiis et regna nata vobis sunt, et imperia, et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis (12) esse dicatis. Solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem; stulto-

(12) Ac. 2, 47. Qui sapientes sint aut fuerint, nec ipsi quidem solent dicere.

Stultorum omnia contraria, quos etiam infans esse vultis. Haec παραδόξα illi, nos admirabilia dicemus. Quid autem habent admirationis, quum prope accesseris? Conferam tecum, quam cuique verbo rem subjicias, nulla erit controversia. Omnia peccata paria dicitis. Quonam modo? quia nec honesto quidquam honestius, nec turpi turpius. Ut porro, inquit, in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta sit, ut contentum servare possit, omnes aequae incontentae sint: sic peccata, qui discrepant, aequae discrepant: paria sunt igitur. Hic ambiguo ludimur. Aequae enim contingit omnibus fidibus, ut incontentae sint; illud non continuo, ut aequae incontentae: collatio igitur ista te nihil juvat. Nec enim, omnes avaritias si aequae avaritias esse dixerimus, sequitur etiam ut aequas esse dicamus (13).

Hoc uno vitio maxime mihi premi videntur c. 28. tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sen-

S 5

ten-

(13) Sententiam Stoicorum, quum peccata aequalia esse dicerent, luculenter illustrat Cicero in Paradoxis (III) „Peccata non rerum eventu sed vitiiis hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud majus esse aut minus: ipsum quidem illud peccare unum est. Auri navem evertat gubernator an paleae: in re aliquantulum, in gubernatoris inscientia nihil interest. — Nihilne igitur interest, patrem quis enecet an servum? illud interest, quod in servo necando semel peccatur: in patris vita violanda multa peccantur. violatur is, qui procreavit, is qui aluit, is qui erudit. Multitudine peccatorum praestat, eoque poena majore dignus est.“ — Stobaeus (Ecl. Eth. p. 181) ἴσα πάντα λεγουσιν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, οὐκ ἐστὶ δ' ὁμοία· καθάπερ γὰρ ἀπὸ μίας τινος πηγῆς, τῆς κακίας, φεροῦσθαι πεφυκῆ, τῆς κρίσεως οὐσίας ἐν πασίν τοῖς ἁμαρτήμασι τῆς αὐτῆς· παρὰ δὲ τὴν ἐξωθεν αἰτίαν διαφορὰ κατὰ ποιότητα γίνεσθαι τὰ ἁμαρτήματα.

tentias obtinere. Quid enim est tam repugnans, quam eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum a natura profectam? Ita quum ea volunt retinere, quae superiori sententiae conveniunt, in Aristonem (14) incidunt: quum id fugiunt, re eadem defendunt, quae Peripatetici: verba sua tenent mordicus, quae rursus dum sibi evelli ex ore nolunt, horridiores evadunt,

c. 1. asperiores, duriores et oratione et moribus. Multa etiam dicunt, quae vix intelligam.

Inv. 2, 53. Virtus habet partes quatuor; prudentiam [*φρονησις*], iustitiam, fortitudinem [*ανδρεία*], temperantiam [*σωφροσυνη*].

Tusc. 3, 7. Sapiientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur; nunquam igitur est perturbatus. At aegritudo perturbatio est animi; semper igitur ea sapiens vacabit.

Tusc. 4, 6. Partes autem perturbationum volunt Stoici ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis: ita esse quatuor. ex bonis libidinem [*επιθυμια*] et laetitiam [*ηδονη*] (ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum): ex malis metum [*φοβος*] et aegritudinem [*λυπη*] nasci censent: metum, futuris; aegritudinem praesentibus. — Simul objecta species cujuscumque est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura; id quum constanter prudenterque sit, ejusmodi appetitionem Stoici *βουλησιν* appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant in solo esse sapiente. Quae autem, ratione aversa, incitata est vehementius, ea libido est. Itemque, quum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit: nam quum ratione animus movetur placide atque con-

stan-

(14) i. e. Aristoni similes sunt vid. p. 260.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



μαθημασι και τοις βιβλιοις εσχολαζεν· οθεν επωνομα-
σθη και φρεαντλης. εγραψε δε πανυ πολλα.

Nat. d. 1,
14. (*Vellejus Epic. loq.*) Cleanthes, qui Zenonem
audivit, tum ipsum mundum deum dicit esse, tum
totius naturae menti atque animo tribuit hoc no-
men: tum ultimum et altissimum atque undique
circumfusum et extremum omnia cingentem atque
complexum ardorem, qui aether nominetur, cer-
tissimum deum judicat. Idemque quasi delirans in
iis libris, quos scripsit contra voluptatem, tum
fingit formam quandam et speciem deorum, tum
divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione
censet esse divinius.

Ac. 2, 41. Cleanthes, qui quasi majorum est gentium
Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari et rerum
potiri putat (2).

*Sed melius de Deo cogitasse Cleanthem nostrum,
evincit illius, qui superest, hymnus in Jovem, egre-
gius plane, quem hic adjungere placet.*

Κυδισ² αθανατων, πολωνυμε, παγκρατες αιει,
Ζευ, φυσεως αρχηγε, νομου μετα παντα κυβερνων,
Χαιρε· σε γαρ παντεσσι θεμις θνητοισι προσαυδαν.
Εκ σου γαρ γενος εσμεν, ηχου μιμημα (3) λαχοντες,
Μουνον, οσα ζωει τε και ερπει θνητ² επι γαιαν.
Τω σε καθυμνησω, και σοκ κρατος αιεν αιισω.
Σοι δη πας οδε κοσμος ελισσομενος περι γαιαν
Πειθεται, η κεν αγης, και εκων υπο σειο κρατειται.
Τοιον εχεις υποεργον ανικητοις ενι χερσιν
Αμφηκη, πυροεντα, αιιζωνοντα κεραυκον.
Του γαρ υπο πληγης φυσεως παντ² ερριγασιν,
Ωι συ κατευθυνεις κοινον λογον, ος δια παντων
Φοιτα,

(2) Το ηγεμονικον του κοσμου Κλειανθης φησι τον ηλιον.
Diog. L. 7, 139.

(3) Vocis imago i. e. Echo. Homo Dei quasi est Echo
i. e. similis illi. Brunk habet ιης.

Φοιτα, μινυμενος μεγαλοισ μικροισ τε φαισσι·
 Ὅς τοσσοσ γεγαωσ ὑπατοσ βασιλευσ δια παντοσ.
 Ουδε τι γιννεται εργον επι χθονι σου διχα, δαιμον,
 Ουτε κατ' αιθεριον θειον πολον; ουτ' ενι ποντω,
 Πλην ὅποσα ρεζουσι κακοι σφετερησιν ανοιαισ·
 Αλλα συ και τα περισσα επισασαι αρτια θειναι,
 Και κοσμεις τα ακοσμα, και ου φιλα σοι φιλα εσιγ.
 Ὡδε γαρ εις ἐν παντα συνηρμοκασ εσθλα κακοισιν,
 Ὡσθ' ἐνά· γιννεσθαι παντων λογον αιεν εοντα.
 Ὅν φευγοντεσ εωσιν, ὅσοι θνητων κακοι εισι.
 Δυσμοροι, οἰτ' αγαθων μεν αιε κτησιν ποθεοντεσ,
 Ουτ' εσορωσι θεου κοινον νομον, ουτε κλυουσιν,
 Ὡι κεν πειθομενοι συν νω' βιον εσθλον εχοιεν.
 Αυτοι δ' αυ ὀρμωσιν ανευ καλου αλλοσ επ' αλλα,
 Οἱ μεν ὑπερ δοξησ σπουδην δυσερισον εχοντεσ,
 Οἱ δ' επι κερδοσυνασ τετραμμενοι ουδενι κοσμω,
 Αλλοι δ' εις ανεσιν και σωματοσ ἡδεα εργα.
 Αλλα Ζευ πανδωρε, κελαινεφεσ, αρχικεραυνε,
 Ανθρωπουσ ρουιο απειροσυνησ απο λυγρησ,
 Ἦνσυ, πατερ, σκεδασην ψυχησ απο, δοσ δε κυρησαι
 Γνωμησ, ἡ πισυνοσ συ δικησ μετα παντα κυβερνασ,
 Οφθ' αν τιμηθεντεσ αμειβωμεσθα σε τιμη,
 Ὑμνουντεσ τα σα εργα διηνεκεσ, ὡσ επειοικε
 Θνητον εοντ'· επει ουτε βροτοισ γερασ αλλο τι μειζον,
 Ουτε θεοισ, η κοινον αιε νομον εν δικη ὑμνειν.

Illius de facto sententia ex his ejus versibus perspicui potest, servatis in Epicteti Enchiridio c. 52.

Αγου δε μ' ω Ζευ, και συγ' ἡ Πεπρωμενη,
 Ὅποι ποθ' ὑμιν ειμι διατεταγμενοσ.
 Ὡσ εψομαι γ' ακνοσ· ην δε μη θελω,
 Κακοσ γενομενοσ, ουδεν ἡττον εψομαι.

Cleanthes quatuor modis formatas in animis Nat. d. 3,
 hominum putat Deorum esse notiones. Uhus is 7.
 modus est, qui est susceptus ex praesentione rerum
 futurarum. Alter ex perturbationibus temporis

et reliquis motibus Tertius ex commoditate rerum, quas percipimus, et copia. Quartus ex astrorum ordine, coelique constantia.

Nat. d. 2,
15.

Sidera tota esse ignea duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus et oculorum. Nam solis candor illustrior est, quam ullius ignis, qui in immenso mundo tam longo lateque colluceat: et is ejus tactus est, non ut tepesciat solum, sed etiam saepe comburat. Quorum neutrum faceret, nisi esset igneus. Ergo, inquit, quum sol igneus sit, oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere; necesse est aut similis sit igni, quem adhibemus ad usum atque victum, aut ei, qui corporibus animantium continetur. Atque hic noster ignis, quem usus vitae requirit, confector est et consumtor omnium, idemque, quocunque incasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contra ille corporeus, vitalis et salutaris, omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium sol utri similis sit, quum is quoque efficiat, ut omnia floreat et in suo quaeque genere pubescant.

Fin. 2, 21.

Tabulam Cleanthes sane commode verbis pingere solebat (4). Jubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem, pulcherrimo vestitu et ornatu regali, in solio sedentem; praesto esse virtutes, ut ancillulas, quae nihil

(4) Augustin. de Civ. Dei 5, 20. Solent philosophi, qui finem boni humani in ipsa virtute constituunt, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis, qui voluptatem per se ipsam putant appetendam, virtutes propter ipsam, tabulam quandam verbis pingere, ubi voluptas in sella regali confidat, eique virtutes famulae subjiciantur etc.

Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies

magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus. Ait enim vim divinam in ratione esse positam et universae naturae animo atque mente: ipsiunque mundum deum dicit esse, et ejus animi fusionem universam: tum ejus ipsius principatum, qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam universam atque omnia continentem; tum fatalem vim et necessitatem rerum futurarum; ignem praeterea et aethera; tum ea, quae natura fluerent et quae manerent, ut et aquam, et terram, et aëra; solem, lunam, sidera, universitatemque rerum, qua omnia containerentur; atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. Idemque disputat, aethera esse eum, quem homines Jovem appellarent: quique aër per inaria maneret; eum esse Neptunum: terramque eam esse, quae Ceres diceretur, finihque ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. Idemque etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Jovem dicit esse; eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem. Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus dixerat: ut etiam veterrimi poetae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur.

Div. 1, 3. Acerrimo vir ingenio Chrysippus totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno
ib. 20. et praeterea de oraculis, uno de somniis. Collegit
21. innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete auctore atque teste, idemque multa et multa somnia collegit. Divinationem autem definit
Div. 2, 63. his verbis, Vim cognoscentem et videntem et ex-
 pli-

plicantem signa, quae a diis hominibus portentantur: officium autem esse ejus praenoscere, dii erga homines mente qua sint, quidque significant, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Idemque somniorum conjectionem definit hoc modo: Esse vim cernentem et explanantem, quae a diis hominibus significantur in somnis.

Concludit Chrysippus (*contra Epicurum*) hoc *Fat. 10.* modo. Si est motus sine causa; non omnis enuntiatio, quod *αξιωμα* dialectici appellant, aut vera aut falsa erit. Causas enim efficientes quod non habebit, id nec verum nec falsum erit. Omnis autem enuntiatio aut vera aut falsa est: motus ergo sine causa nullus est. Quod si ita est, omnia, quae fiunt, causis fiunt antegressis: id si ita est, omnia fato fiunt: efficitur igitur, fato fieri, quaecunque fiant. Ac mihi quidem videtur, quum duae *ib. c. 17.* sententiae fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii; Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium ferire voluisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animi liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabatur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. Quum autem et necessitatem improbaret, et nihil *ib. c. 18.* vellet sine praepositis causis evenire; causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat, et retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et principales, aliae adjuvantes et proximae. Quamobrem quum dicimus, omnia fato fieri causis antecedentibus; non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis adjuvantibus antecedentibus et proximis: quae si ipsae non sunt in nostra potestate, non sequitur ut ne appetitus

quidem sit in nostra potestate: at hoc sequeretur, si omnia perfectis et principalibus causis fieri dicere-
mus, ut, quum hae causae non essent in nostra potestate, nè ille quidem esset in nostra potestate. — Et quanquam assensio non possit fieri nisi commota viso; tamen quum id visum proximam causam habeat, non principalem, hanc habet rationem, ut Chrysippus vult, non ut illa quidem fieri possit nulla vi extrinsecus excitata (necesse est enim assensionem viso commoveri), sed revertitur ad cylindrum et ad turbinem suum, quae moveri incipere, nisi pulsa, non possunt: id autem quum accidit, suapte natura, quod superest, et cylindrum volvi et versari turbinem putat. Ut igitur, inquit, qui protrulit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: sic visum objectum imprimet illud quidem et quasi signabit in animo suam speciem, sed assensio nostra erit in potestate: eaque, quemadmodum in cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi et natura movebitur.

Fin. 4, 11.

Chrysippus exponens differentias animantium, ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde disputat, quod cuiusque generis animantis statui deceat extremum. Quum autem hominem in eo genere posuisset, ut ei tribueret animi excellentiam: summum bonum id constituit, non ut excellere animo, sed uti nihil esse praeter animum videretur. Uno autem modo in virtute sola summum bonum recte poneretur, si quod esset animal; quod totum ex mente constaret: id ipsum, tamen sic, ut ea mens nihil haberet in se, quod esset secundum naturam; ut valitudo est.

Nat. d. 2,
64.

Sui, ne putisceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus.

Scriptit

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ponendas: at, si sapientia bonum sit, non sequi, ut etiam divitias bonum esse dicamus.

Ac. 2, 6. ANTIPATER Stoicus multus in eo fuit, ut **ib. 34.** contra Academicos differeret. Sed reprehensus est, quod diceret, consentaneum esse ei, qui affirmaret nihil posse comprehendi, id ipsum saltem dicere posse comprehendi. — In nonnullis causis aliud Diogeni Babyloño videri solet, magno et gravi Stoico, aliud Antipatro, discipulo ejus, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut nequid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret: Diogeni, venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere: cetera sine insidiis agere, et, quoniam vendat, velle quam optime vendere.

Ac 2, 47. Duo vel principes Dialecticorum, Antipater et Archidemus, opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt?

Div. 1, 3. A Stoicis vel princeps ejus disciplinae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit PANÆTIUS: nec tamen ausus est negare, vim esse divinandi, sed dubitare se dixit: et unus e Stoicis astrologorum praedicta rejecit.

Ac. 2, 2. P. Africani in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetius unus omnino comes fuit.

Fin. 4, 9. Homo hic in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laelii, quum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, nusquam posuit, non esse malum dolorem; sed quid esset et quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde quae ratio esset perferendi: cujus quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia condemnata mihi vide-

Fin. 4, 28. tur esse immanitas ista verborum. Omnino Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius, nec

nec acerbiter sententiarum nec differendi spinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior: semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant. *Attamen à Platone suo dissentit.* Quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, hujus hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declaret eorum similitudo, qui procreentur, quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. Alteram autem affert rationem: nihil esse, quod doleat, quin id aegrum esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos: ergo etiam interire. Constat autem animus, ut videri video Panaetio, ex inflammata anima.

Tusc. 1,
32.Tusc. 1,
18.

Panaetium addubitare dicebant, an eventurum sit, quod Stoici putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. *Nat. 2, 46.*

Panaetius, qui sine controversia de officiis accuratissime disputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines et consultare de officio solerent, uno, quum dubitarent, honestumne id esset, de quo ageretur, an turpe: altero, utilenè an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quomodo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec exsolvit, quod promiserat. Quod eo magis miror, quia scriptum à discipulo ejus Posidonio est, triginta annis vixisse Panaetium,

Off. 3, 2.

posteaquam eos libros edidisset. Minime vero assentior iis, qui negant, eum locum a Panaetio praetermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse, quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. Accedit eodem testis locuples Posidonius, qui etiam scribit, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panaetium audierat, ea, quae Panaetius praetermisisset et non perfecisset, propter eorum, quae perfecisset, praestantiam, neminem

ib. 7. esse persecutum. Defendendus autem in hoc est Panaetius, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat), sed ea, quae viderentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, saepe testatur: negatque ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinioem, qui ista distraxerint.

Leg. 3, 6. Locus de magistratibus non sane a Stoicis tractatus est, nisi a Dione, et postea a magno homine

Off. 2, 14. et in primis erudito, Panaetio. — Judicis est, semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verum, defendere; quod scribere non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum, Panaetio.

Tusc. 2, 25. POSIDONIUM et ipse saepe vidi, et id dicam, quod solebat narrare Pompejus: se, quum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed quum audivisset, eum graviter esse aegrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem quum vidisset et salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire: at ille, Tu vero, inquit, potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Ac. 2, 36. Diodotum Stoicum a puero audivi, qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me, quem admiror et diligo.

Brut. 90. Stoicus Diodotus nuper est domi meae mortuus. Reliquit nobis HS, fortasse centies. Ab hoc Art. 2, 20. quum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica Tusc. 5, 39. exercebar. Coecus multos annos domi nostrae vixit. Is vero, quod credibile vix esset, quum in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea, versaretur, et quum fidibus Pythagoreorum more uteretur, quumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat; tum, quod sine oculis fieri posse vix credetur, geometriae munus tuebatur, verbis praecipiens discipulis, unde, quo, quamque lineam scriberent.

XV. EPICUREI

quorum auctor fuit

EPICURUS.

Suidas. *Επιχούρος Νεοκλεους, Αθηναίος, Γαργητειός τον δημον, μητρος Χαιρεσρατης. φιλοσοφιας δε ηρξάτο απο ενιαυτων ιβ' πρωτον μετ εν Σαμω διατριψας συν τοις γονευσιν. ειτα σχολαρχησας εν Μιτυληνη, ειτα εν Λαμψακω. και ούτως εν Αθηναις εν ιδιω κηπω οικειαν αίρεσιν εισηγησατο, ακουσας δε Ναυσιφανους του Δημοκριτειου, και Παμφυλου του Πλατωνος μαθητου. γεγρονε δε επι της ρθ' (109) Ολυμπιαδος, μετα έπτα ειαυτους της Πλατωνος τελευτης. και διεμεινεν η αυτου σχολη έως Καισαρος του πρωτου, ετη σλζ' (237), εν οίς διαδοχοι αυτης εγενοντο ιδ'. συγγραμματα δε αυτου πολλα.*

Nat. d. 1, 26. Epicurus gloriabatur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum, quod et non praedicanti tamen facile quidem crederem: sicut mali aedificii

aedificii domino glorianti, se architectum non habuisse. Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem audire potuit: quem virum! dii immortales! et sunt qui putent audivisse: ipse non vult. Credo plus nemini. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait a se Sami auditum. ibi enim adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater ejus Neocles agripeta (i. e. colonus) venerat. Sed quum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus: ita metuit, ne quid unquam didicisse videatur. In Nausiphane Democriteo tenetur, quem quum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui si haec Democritea non audisset, quid audierat? quid est in physicis Epicuri non a Democrito? Nam etsi quaedam immutavit, ut in inclinatione atomorum: tamen pleraque dicit eadem; atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, interitus, omnia ferre, quibus naturae ratio continetur. Sed in ipsum Democritum, quem secutus est et cujus fontibus hortulos suos irrigavit, fuit ingratus: Aristotelem quoque contumeliosissime vexavit: Phaedoni Socratico turpissime maledixit: Metrodori, sodalis sui, fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit: Nausiphanem, magistrum suum, a quo nonnihil didicerat, male accepit.

Nat. d. 1,
33.
(et 43)

Cicero in primo et secundo de Finibus libro Epicuri rationem ethicam et exposuit, et refutavit. In prooemio haec fere de Epicuro ejusque philosophia occurrunt. Epicuri ratio plerisque notissima est: quae a nobis sic exposita est, ut ab ipsis, qui eam disciplinam probant, non soleat accura-

Fin. 1, 5.

tius explicari. verum enim invenire volumus, non tanquam adversarium aliquem convincere. Accurate autem quondam a L. Torquato defensa est Epicuri sententia de voluptate, a meque rei responsum. Nam quum ad me in Cumanum salutandi causa venisset, pauca primo inter nos de litteris, deinde Torquatus: Quoniam nactus te, inquit, sum aliquando otiosum, certe audiam, quid sit, quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis, ut fere faciunt; qui ab eo dissentiant; sed certe non probes, eum, quem ego arbitror unum vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse, et omnia tradidisse, quae pertinerent ad bene beateque vivendum: sed existimo te minus eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit.

Fin. 1, 6. (*Cicero ipse acerbus Epicuri adversarius loq.*)

Principio in physicis, quibus maxime gloriatur, Epicurus propemodum totus est alienus. Democrito se addicit, per pauca mutans, sed ita, ut ea, quae corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Censet enim, illa Democriti individua et solida corpora (*vel atomos vid. supra p. 74*) ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, quum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, nunquam fore, ut atomus alteram alteram posset attingere: attulit rem commenticiam ⁽¹⁾: declinare dixit
ato-

(1) Aliam hujus immutationis rationem affert noster de Nat. d. 1, 25.: „Epicurus, quum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suoque pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius: invenit, quomodo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat. Ait
ato-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



intereant quotidie. Quae etsi mihi nullo modo probantur tamen Democritum, laudatum a ceteris, ab hoc, qui eum unum secutus est, nollem vituperatum.

- c. 7. Jam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac differendi, quae *λογική* dicitur, Epicurus plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. Tollit definitiones, nihil de dividendo ac partiendo docet: non, quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit. Judicia rerum in sensibus ponit: quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri et falsi putat.

In tertia vero parte, quae est de vita et moribus, in constitutione finis nil generosum sapit atque magnificum. Confirmat illud vel maxime, quod ipsa natura, ut ait ille, asciscat et reprobet, id est, voluptatem et dolorem. Ad haec, et quae sequamur et quae fugiamus, refert omnia. quod quanquam Aristippi est, a Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur: tamen ejusmodi esse iudicio, ut nihil homine videatur indignius. Haec igitur Epicuri non probo, inquam. De cetero, vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset instructior (est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis.

Ac. 2, 30.
Nat. d. 1,
25.

Epicurus totam dialecticam et contemnit et irridet, quumque a dialecticis traditum sit, in omnibus disjunctionibus, in quibus Aut etiam aut non poneretur, alterutrum verum esse: pertimuit, ne, si concessum esset hujusmodi aliquid, Aut vivet cras aut non vivet Epicurus, alterutrum fieret necessarium: totum hoc, Aut etiam aut non, negavit esse necessarium. Quo quid dici potest obtusius?

tufius? Credulus hic nunquam sensus mentiri putat. Timuit enim Epicurus, ne, si unum visum esset falsum, nullum esset verum: omnes sensus veri nuntios dixit esse. Ac. 2, 30. Nat. 1, 25.

In libro primo de Nat. deor. Vellejus Epicuri rationem physicam explicat. Scribit Cicero: Vellejus fidenter sane, ut solent isti, tanquam modo ex deorum concilio et ex Epicuri intermundiis (2) descendisset: Audite, inquit, non futiles commenticiasque sententias, quales sunt ceterorum philosophorum, quae, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur, venerari Epicurum et in eorum ipsorum numero, de quibus haec quaestio est, habere debeat. Solus enim vidit, primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat προληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec disputari potest. Cujus rationis vim atque utilitatem ex illo coelesti Epicuri de regula et iudicio volumine accepimus. Quum igitur non instituto aliquo aut lege sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensus: intelligi necesse est, esse deos, quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus. Sed fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, sive praenotionem deorum (sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse προληψιν appellavit, quam antea nemo

(2) Origenes (Philosophumena c. 22). Καθησθαι τον θεον (φησιν Επικουρος) εν τοις μετακοσμοις, ουτω καλουμενοις, εξω γαρ του κοσμου οικητηριον του θεου εθετο ναι, λεγομενον τα μετακοσμια.

nemo eo verbo nominarat); hanc igitur habemus, ut deos bestos et immortales putemus. Quae enim nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus. Quod si ita est, vere exposita illa sententia est ab Epicuro: „Quod beatum aeternumque sit, id nec habere ipsum negotiū quidquam, nec exhibere alteri: itaque neque ira neque gratia teneri, quod, quae talia essent, imbecilla essent omnia (3).“ His remotis, intelligitur nullos a superis impendere metus.

- e. 18. De forma dei partim natura nos admonet, partim ratio docet; nam a natura habemus omnes omnium gentium, speciem nullam aliam, nisi humanam, deorum. Quae enim alia forma occurrit unquam aut vigilantī cuiquam aut dormienti? Sed ratio hoc idem ipsa declarat. Si omnium animantium formam vincit hominis figura, Deus autem animans est; ea figura profecto est, quae pulcherrima sit omnium: quoniamque deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine virtute nemo potest, nec virtus sine ratione constare, nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura; hominis esse specie deos constendum est. Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus, nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. Haec et inventa sunt acutius et dicta subtilius ab Epicuro, quam ut quivis ea possit agnoscere. Epicurus autem docet, eam esse vim et naturam deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur; nec soliditate quadam nec ad numerum,
- ut :

(3) Pertinet hoc ad Epicuri κυρίας δοξας, quas servavit Diogenes Laert. Harum prima est (X, 139) Το μακαριον και αφθαρτον ουτε αυτιο πραγματα εχει ουτε αλλω παρεχει· ωσε ουτε οργαις ουτε χαρισι συνεχεται. εν ασθενει γαρ παν το τοιουτου.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



idem, qui cetera, natura effectum esse mundum; nihil opus fuisse fabrica; tanque eam rem esse facilem, quam vos (Stoici) effici negatis sine divina posse solertia, ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis: ut tragici poetae, confugitis ad deum: cujus operam profecto non desideraretis, si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis: in quam se injiciens animas et intendens ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum: quae, interjecto inani, cohaerescunt tamen inter se et aliae alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur haec rerum formae et figurae.

- c. 30. *Cotta refutans physicam Epicuri rationem, haec inter alia dicit.* Novi ego Epicureos omnia sigilla venerantes: quanquam video nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis *κρυπταῖς δοξασ*, haec, ut opinor, prima sententia est: Quod beatum et immortale est, id nec
- c. 41. habet nec exhibet cuiquam negotium. At etiam de sanctitate, de pietate adversus deos, libros scripsit Epicurus. At quomodo in his loquitur? ut Coruncanium aut Scaevolam, pontifices maximos te audire dicas: non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem, et rationibus deorum templa et aras everterit. Quid est enim, cur deos ab hominibus colendos dicas, quum dii non modo homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil
- c. 44. agant? Quae autem potest esse sanctitas, si dii hu-
mana

mana non curant? Verius est igitur nimirum illud, quod Posidonius differuit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri; quaeque is de diis immortalibus dixerit, invidiae detestandae gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculi similem deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis praeditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem.

Deos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos, et perflabiles, et habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum. Ergo hic circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. Nihil enim tam irridet Epicurus, quam praedictionem rerum futurarum. Div. 2, 17.
Nat. d. 2,
65.

Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici, hoc modo, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse conclusit. Quod finitum est, inquit, habet extremum. Quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus. At quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Nihil igitur quum habeat extremum, infinitum sit necesse est. Div. 2, 5.

Ethices Epicuri apud Ciceronem sedes est liber primus atque secundus de Finibus; in priori Torquatus disciplinam Epicuri explicat, in altero Cicerone refutat. Torquatus haec inter alia affert: Extremum et ultimum bonorum, quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam, Epicurus in voluptate ponit, quod summum bonum esse vult; summumque malum, dolorem, idque

instituit, docere sic: Omne animal, simulatque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere, ut summo bono; dolorem aspernari, ut summum malum, et, quantum possit, a se repellere: idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte atque integre judicante. Itaque negat opus esse disputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor sit: sentiri hoc putat, ut calere ignem, e. 10. nivem esse albam. Sed ut perspiciatis, unde omnis iste natus sit error voluptatem accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam: eaque ipsa, quae ab illo inventore veritatis et quasi architecto beatae vitae dicta sunt, explicabo. Nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur; sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet: sed quia nonnunquam ejusmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat voluptatem. At vero eos accusamus et justo odio dignissimos ducimus, qui blanditiis praesentium voluptatum delinuti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, occaecati cupiditate non provident; similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est, laborum et dolorum fuga. Itaque rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut rejiciendis voluptatibus majores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat.

e. 11. Nunc autem explicabo, voluptas ipsa quae qualisque sit, ut tollatur error omnis imperitorum, intelligaturque, ea, quae voluptaria, delicata mollis habeatur disciplina, quam gravis, quam continens, quam severa sit. Non enim hanc solum sequimur, quae suavitate aliqua naturam ipsam movet; et cum jucunditate quadam percipitur sensibus,

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



et parabiles et terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest, hisque parendum non est (c. 16).

- c. 18. Clamât Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis: Non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde (*vid. Diog. c. 19. L. 10. f. 132 et 140*). — Ab Epicuro sapiens semper beatus sic inducitur: finitas habet cupiditates, negligit mortem, de diis immortalibus sine ullo metu vera sentit; non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita. His rebus instructus semper est in voluptate: neque enim tempus est ullum, quo non plus habeat voluptatum quam dolorum; nam et praeterita grate meminit, et praesentibus ita potitur, ut animadvertat, quanta sint ea quamque jucunda; neque pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur praesentibus; et quum stultorum vitam cum sua comparat, magna afficitur voluptate: dolores autem, si qui incurrunt, nunquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, quam quod angatur. Optime vero Epicurus, quod exiguam dicit fortunam intervenire sapienti: maximasque ab eo et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari: neque majorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur, quod videamus esse finitum. In Dialectica autem vestra nullam vim existimavit esse nec ad melius vivendum nec ad commodius differendum. In Physicis plurimum posuit. Nisi enim rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum judicia defendere. Quidquid porro animo cernimus, id omne oritur a sensibus: qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognosci et percipi.

De amicitia Epicurus ita dicit: Omnium rerum, c. 20.
 quas ad beate vivendum sapientia comparaverit,
 nihil esse majus amicitia, nihil uberius, nihil ju-
 cundius. Neque vero hoc oratione solum, sed
 multo magis vita et factis et moribus comprobavit.
 Epicurus enim una in domo et ea quidem angusta
 quam magnos quantaque amoris conspiratione con-
 sentientes tenuit amicorum greges! Praeclare autem
 Epicurus his paene verbis: Eadem, inquit, senten-
 tia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum
 aut diuturnum timeret malum; quae perspexit, in
 hoc ipso vitae spatio amicitiae praesidium esse fir-
 missimum.

Nonne Epicuro maximam gratiam habere de- c. 21.
 bemus, qui, exaudita quasi voce naturae, sic eam
 firme graviterque comprehenderit, ut omnes bene-
 sanos in viam placatae, tranquillae, beatae vitae de-
 duceret? qui quod tibi parum videtur eruditus, ea
 causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi
 quae beatae vitae disciplinam juvaret.

*Ex libro secundo etiam, in quo Cicero Epicuri
 rationem refutat, nonnulla adjicienda sunt.*

Dico ipsum Epicurum, quid sit voluptas, nesci- Fin. 2,
 re et in eo nutare. Etenim aut Epicurus, quid sit c. 3.
 voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt,
 nesciunt. Quonam, Torquatus inquit, modo?
 Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam
 sensus accipiens movetur, et jucunditate quadam
 perfunditur. Quid ergo, istam voluptatem, in-
 quit, Epicurus ignorat? Non semper, inquam,
 nam interdum nimis etiam novit, quippe qui testi-
 ficetur, ne intelligere quidem se posse, ubi sit aut
 quid sit ullum bonum, praeter illud, quod cibo et
 potione et aurium delectatione et obscena voluptate
 U 3 capiatur.

capiatur. An haec ab eo non dicuntur (6)? Quasi vero me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere. Ego vero non dubito, inquam, quin facile possis: nec est, quod te pudeat, sapienti assentiri, qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus. — Alia vero vis voluptatis est, alia nihil dolendi. Estne quaelo sitienti in bibendo voluptas? Quis, inquit, istud posset negare? Eademne, inquam, quae restincta siti? Immo alio genere. Restincta enim sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit; illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. Cur igitur, inquam, res tam dissimiles eodem nomine appellas? Quid paullo ante, inquit, dixerim nonne meministi, quum

{6) Tusc. 3, 18 ita scribit Cicero: „Sunt haec tua verba, Epicuro, necne? In eo quidem libro, qui continet omnem disciplinam tuam, dicis haec: Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quae sapore percipiuntur, detrahens eas, quae auditu et cantibus: detrahens eas etiam, quae ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu. Nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solum esse in bonis: laetantem enim mentem ita novi, spe eorum omnium, quae supra dixi, fore ut natura his potiens dolore careat. Atque haec quidem iis verbis; quivis ut intelligat, quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paullo infra: Saepe quaesivi (inquit) ex his, qui appellabantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxisissent; nisi si vellent voces inanes fundere. Nihil ab his potui cognoscere; qui si virtutes ebullire nolent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam vim, qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi. Quae sequuntur, in eadem sententia sunt, totusque liber, qui est de summo bono, refertus est verbis et sententiis talibus.“

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



est. Eam ipsam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, et audeat dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum se junctum ab illo Aristippeo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus est oratio de summo bono (vid. paullo ante not. 6). In alio vero libro, in quo breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiae dicitur, scribit his verbis, quae nota tibi profecto, Torquate, sunt; quis enim vestrum non edidit Epicuri *Κυριας δοξας*, id est, quasi maxime ratas; quia gravissimae sunt ad beatè vivendum breviter enunciatae sententiae. Animadvertete igitur, rectene hanc sententiam interpreter: „Si ea, quae sunt luxuriosis efficiunt voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum: nihil haberemus, quod reprehenderemus, quum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut

c. 10. aegrum, id est autem malum.“ — Interdum quidem voluptatem in motu (sic enim has suaves et quasi dulces voluptates appellat) ita extenuat, ut M' Curium putes loqui: interdum ita laudat, ut quid praeterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem.

c. 25 et 26. Praecepta Epicuri funditus evertunt amicitiam, quamvis eam Epicurus, ut facit, in coelum efferat laudibus. Dixit enim, amicitiam a voluptate non posse divelli, ob eamque rem colendam esse, quod sine ea tuto et sine metu vivi non posset. At coluit ipse amicitias. Quasi quis illum neget, et bonum virum et comem et humanum fuisse. De ingenio ejus in his disputationibus, non de moribus quaeritur. Sed quamvis comis in amicitis tuendis fuerit, tamen, si haec vera sunt (nihil enim affirmo), non satis acutus fuit. At multis se probavit:

et

et quidem jure fortasse; sed tamen non gravissimum est testimonium multitudinis.

Negat Epicurus, diuturnitatem temporis ad c. 27. beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. — Negat idem tenuissimo victu minorem voluptatem percipi quam rebus exquisitissimis ad epulandum. — Est autem Epicuri disciplina Ac. 2, 42. cum Cyrenaicis de ipsa voluptate non consentiens (vid. p. 105).

Traditur ab Epicuro ratio negligendi doloris. Fin. 2, 28. Maximus dolor, inquit, brevis est; si longus, levis. et 29. Audi moriens quid dicat Epicurus, ut intelligas, c. 30. facta ejus cum dictis discrepare: „Epicurus Hermachō salutem. Quum ageremus, inquit, vitae beatum et eundem supremum diem (7); scribebamus haec. Tanti autem morbi aderant vesicae et vitæ-tum (8), ut nihil ad eorum magnitudinem possit accedere. Compensabatur tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum: sed tu, ut dignum est tua erga me et erga philosophiam voluntate ab adolescentulo suscepta, fac ut Metrodori (9) tuare liberos.“ Huc et illuc, Torquate, vos versetis licet; c. 31. nihil in hac praeclara epistola scriptum ab Epicuro congruens et conveniens decretis ejus reperietis.

U 5

Ita

(7) „Mortuus est Epicurus, quum duo et septuaginta annos vixisset, Archonte Pytharato.“ *Fat. 9.*

(8) *Diog. L. 10, 22: εραγγυσια, τε παρηκολεθηκει και δυσεντερικα παθη.* Quare Cicero scribit (*Ep. Fam. 7, 26*): „Epicurum Stoici male accipiunt, quia dicat, *δυσσρικα και δυσεντερικα παθη* sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiae.“

(9) Metrodorus familiarissimus Epicuri fuit.

Ita redarguitur ipse a sese, vincunturque scripta ejus probitate ipsius ac moribus. Nam ista commendatio puerorum, memoria et caritas amicitiae, summorum officiorum in extremo spiritu conservatio, indicat, innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus nec praemiorum mercedibus evocata. Sed ut epistolam laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere verbis interpretatus sum, sic ejusdem testamentum non solum a philosophi gravitate, sed etiam ab ipsius sententia judico discrepare. Scripsit enim et multis saepe verbis, et breviter apteque in eo libro (10), quem modo nominavi, mortem nihil ad nos pertinere: quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu: quod autem sine sensu sit, id nihil omnino ad nos pertinere. Quaero autem, quid sit, quod, quum dissolutione, id est, morte sensus omnis extinguatur, et quum reliquū nihil sit omnino, quod pertineat ad nos, tam accurate tamque diligenter caveat et lanciat, ut Amynomachus et Timocrates, heredes sui, de Hermachi sententia dent, quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis, mense Gamelione: itemque omnibus mensibus, vicesimo die lunae, dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori memoria colatur“ (vid. Diog. L. 10, 18^{sq})

Fin. 5, 27.
coll.

Dixerit Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam.

Tusc. 2, 7. Affirmat etiam quodam loco, si uratur sapiens, si crucietur, in Phalaridis tauro si erit, dicet: Quam
suave

(10) Nempe in *Κυριαῖς δοξαῖς* (Diog. L. 10, 139) Graeca sunt: Ὁ θάνατος ὄδεν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθῆναι ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητῆν ὄδεν πρὸς ἡμᾶς. Noster alibi (Tusc 5, 31) scribit: „De morte ita sentit Epicurus, ut dissoluto animante sensum extinctum putet.“

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ta praeclare saepe dicit Epicurus: quam constanter convenienterque dicat, non laborat (11).

Seneca
Ep. 6.

METRODORUM et HERMACHUM et POLYAENUM, magnos viros non scholam Epicuri sed contubernium fecit.

Fin. 2, 3.

METRODORUM *) non putant ipsum se professum sapientem; sed, quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse.

Nat. d. 1,
4a.

Philo noster ferre non poterat, aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae. Metrodori vero, qui est Epicuri collega sapientiae, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quod dubitet omnia, quae

(11) Juvat h. l. adjicere Senecae locum, qui contra Stoicorum morem saepius laudat Epicurum. Scribit autem (de vita beata c. 13): „Epicuri voluptatis laudatio perniciosa est, quia honesta praecepta intra latent; quod corrumpit, apparet. In ea quidem ipse sententia sum (invitis hoc nostris popularibus [i. e. Stoicis] dicam), sancta Epicurum et recta praecipere, et, si propius accesseris, tristitia: voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur, et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Jubet illam parere naturae: parum est autem luxuriae, quod naturae satis est. Itaque non dico, quod plerique nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse, sed illud dico, male audit, infamis est: et immerito. Nec hoc scire quisquam potest nisi interius fuerit admissus: frons ipsa dat locum fabulae, et ad malam spem invitat.“

*) Lampfacenus fuit. Atheniensem certe eum non fuisse, ut censent nonnulli, patet ex Ciceronis verbis (Tusc. V, 37) „Qui beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam, quod Athenis Metrodorus?

quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit, sed saepius. Annuere te, Vellei, video. Proferrem libros, si negares.

Metrodorus, paene alter Epicurus, perfecte eum beatum putat, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum, ita semper fore. — *Alibi tamen Metrodorus, Occupavi, inquit, te, fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Praeclare, si Aristo Chius, aut si Stoicus Zeno diceret, qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et definieris, summum bonum firma corporis affectione explorataque spe contineri, fortunae aditus interclusisti? Quo modo? isto enim bono jam exspoliari potes. Atqui his capiuntur imperiti, et propter huiusmodi sententias istorum hominum est multitudo.*

Epicurum et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit.

POLYAENUS, qui magnus mathematicus fuisse dicitur, postea Epicuro assentiens totam geometriam esse falsam credidit.

Non modo Epicurus et Metrodorus et HERMACHUS contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam LEONTIUM contra Theophrastum scribere ausa est: scito illa quidem sermone et Attico, sed tamen — Tantum Epicuri hortus habuit licentiae.

TIMAGORAS Epicureus negat sibi unquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. Opinionis enim esse mendacium, non oculorum.

Nat. d. 1,
21.

(Cotta Academicus loq.) ZENONEM, quem Philo noster coryphaeum appellat: Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter, et quidem ipso auctore Philone: credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, quum a principe Epicureorum accepissem, quem admodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique, sed distincte, graviter, ornate. Sed mihi usum saepe venit, ut moleste ferrem, tantum ingenium in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse.

ib. 33. Et tamen Zeno hic non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum (12), ceteros. figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum dicebat: Chryppum nunquam nisi Chesippum (13) vocabat.

Tusc. 3,
27.

Ille acriculus, me audiente Athenis, senex Zeno, Epicureorum acutissimus, contendere et magna voce dicere solebat: eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non interveniente: aut, si interveniret, si summus foret, futurum brevem: si productior, plus habiturum jucundi quam mali; haec cogitantem fore beatum, praesertim si et ante perceptis bonis contentus esset, nec mortem nec deos extimesceret. Habes formam Epicuri vitae beatae, verbis Zenonis expressam, nihil ut possit negari.

Nisi

(12) Apollodorus fuit Academicus, at Syllus ignotus est.

(13) a χεῖπιν. Carneades eum Κρυψιππον vocabat (Diog. L. 7, 182, quoniam statua ejus a vicina statua equestri occuleretur. Eodem forsitan et ista nominis detortio spectat.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



Fin. 2, 4. centiam et miserabilem inscientiam differendi! Quin etiam dispertant Epicurei, nihil opus esse ei, qui philosophus futurus sit, scire litteras.

Fin. 1, 7. Quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei. sunt aliae quoque causae, sed multitudinem hoc maxime allicit, quod ita putat dici ab Epicuro, recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam, id est, voluptatem.

Seneca
Vit. beat.
13.

Non ab Epicuro impulsus luxuriantur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu abscondunt, et eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Nec aestimatur voluptas illa Epicuri (ita enim mehercules sentio) quam sobria et sicca sit: ad nomen ipsum advolant, quaerentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum.

Fin. 2, 18. Eo major vis est naturae, quod ipsi Epicurei, qui omnia ad suum commodum et, ut ipsi dicunt, ad voluptatem referunt, tamen ea faciunt, e quibus appareat, non voluptatem eos sed officium se-

ib. 25. qui. Igitur mihi quidem, quod et ipse Epicurus bonus vir fuit, et multi Epicurei fuerunt et hodie sunt et in amicitis fideles, et in omni vita constantes et graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur major vis honestatis et minor voluptatis. Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio. Atque ut ceteri existimantur dicere melius quam facere: sic hi mihi videntur

Tusc. 3,
41. tur facere melius quam dicere. Queruntur tamen quidam Epicurei, viri optimi, me studiose dicere contra Epicurum.

Fin. 2, 31. Equidem dico, magis fuisse Epicureorum, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere, ut ageretur (vid. supra p. 314). Res tota non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis. Quos quidem
dies

dies quemadmodum agant, et in quantam hominum
facetorum urbanitatem incurrant, non dico.

Epicuri imaginem non modo in tabulis Epicu- *Fin. 5, 1.*
rei sed etiam in poculis et in annulis habent,

XVI. SCEPTICI

quorum princeps fuit

PYRRHO.

Πυρρών Ηλείος, Ηλείαρχου μὲν ἦν υἱός. προτέρου *Diog. L.*
ἦν ζωγράφος· καὶ ἤκουσε Δουσσῶνος τοῦ Στίλπωνος. *9, 61.*
εἶτα Ἀναξαρχῶ (vid. p. 80) ξυνακολουθῶν. πανταχοῦ,
ὥστε καὶ τοῖς Γυμνασίοις ἐν Ἰνδία συμμιξάει καὶ
τοῖς Μαγείοις. ὅθεν καὶ γενναιοτάτα δοκεῖ φιλοσοφη-
σαι, τοῦτης ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσαγαγῶν.
φυδὲν γὰρ ἔφασκεν οὔτε καλόν οὔτε αἰσχρόν, οὔτε δὲ-
καίον οὔτε ἀδίκον. καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων, μηδὲν εἶ-
ναι τῆ ἀληθείᾳ, νομῶ δὲ καὶ εἶθι πάντα τοὺς ἀνθρώ-
πους πράττειν· οὐ γὰρ μάλλον τοῦδε ἢ τοῦδε εἶναι ἕκα-
στον. ἀκολουθῶς δ' ἦν καὶ τῷ βίῳ, μηδὲν ἐκτρεπομένος
μηδὲ φυλαττομένος, ἀπαντὰ ὑφίσταμενος, ἀμαξίας, ἐβ-
τυχοί, καὶ κρημνοῦς, καὶ κύναις καὶ ὅσα τοιαῦτα, μη-
δὲν ταῖς αἰσθησεῖσιν ἐπιτρέπων· σωζέσθαι μὲντοι φα-
σὶν ὑπὸ τῶν γνωρίμων παρακολουθούτων. Αἰνεσι-
δῆμος δὲ φησὶ, φιλοσοφεῖν μὲν αὐτὸν κατὰ τὸν τῆς
ἐποχῆς λόγον, μη μὲντοι γὰρ ἀπροσροατῶς ἕκαστα πράτ-
τειν. ὁ δὲ πρὸς τὰ ἐννενηκόντα ἐτὴ κατεβίω.

Pyrrhoni summum bonum est, ea [quae sint *Ac. 2, 42.*
media vel ἀδιαφορα] ne sentire quidem sapientem,
quae ἀπαθεία nominatur. — Itaque mihi videntur *Fin. 4, 16.*
omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse
dixerunt. Honestè vivere, sed alius alio magis:
Pyrrho scilicet maxime, qui, virtute constituta,
nihil omnino, quod appetendum sit, relinquat, et *Fin. 3, 3.*
omnia exaequet.

Aristocl.
ap. Euseb.
Pr. Ev. i4.
18.

Πυρρωνος εγενετο μαθητης Τιμων Φλιασιος, ος το μεν πρωτον εχορευεν εν τοις θεατροις· επειτα δ' εντυχων Πυρρωνι, συνεγραψεν αργαλεας παρωδίας και βωμολοχους, εν αις βεβλασφημησε παντας τους πωποτε φιλοσοφησαντας. ουτος γαρ ην ο τους Σιλλους γραψας. — εχθες και πρωην εν Αλεξανδρεια τη και Αιγυπτον, Αινησιδημος τις αναζωπυρειν ηρξατο τον υθλον τουτον· και σχεδον οι μεν κρατισοι δοκουντες ειναι των την οδον βεβαδικοτων ταυτην, ειαιν ουτοι· εγω δε ουδε φιλοσοφίαν οιομαι δειν ονομαζειν αυτην, αναιρουσαν γε δη τας του φιλοσοφειν αρχας.

Gellius
11, 5.

Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Graeco cognomento σκεπτικοι appellantur. Id ferme significat quasi quaesitores et consideratores: nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum, de quo decerni constituique possit. Ac ne videre quoque plane quidquam neque audire sese putant; sed ita pati afficique quasi videant vel audiant. Eaque ipsa, quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cujusmodi sint, cunctantur atque insistant; omniumque rerum fidem veritatemque, mixtis confusisque signis veri atque falsi, ita incomprehensibilem videri ajunt, ut quisquis homo est non praeceps neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiae istius Pyrrhonem esse usum tradunt: ου μαλλον ουτως εχει το δε η εκεικως η ουδετερωσ. Indicia enim rei cujusque et sinceram proprietates negant posse nosci et percipi: idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur. Vetus autem quaestio et a multis scriptoribus Graecis tractata est, an quid et quantum inter Pyrrhonios et Academicos philosophos intersit. Utrique enim σκεπτικοι, εφεκτικοι, απορητικοι dicuntur, quoniam utrique nihil affirmant nihilque comprehendi putant. Differre tamen inter sese et propter alia

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



quoque arcessita aliunde, neque solum expetita sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis paene in conspectu praestanti sapientia et nobilitate Pythagoras. Pythagorae autem doctrina permanuisse mihi videtur in hanc civitatem (vid. supra p. 51). Sapientiae igitur studium vetus id quidem in nostris: sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim. Quibus adolescentibus Stoicum Diogenem, et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos (vid. p. 190) qui ad illud munus electi non essent, nisi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuissent studia doctrinae. Qui quum cetera litteris mandarent, alii jus civile, alii orationes suas, alii monumenta majorum: hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis quam litteris persecuti sunt. Itaque illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit, et idem alio modo dicentibus Stoicis, quum Academicorum controversias disceptarent, nulla fere sunt, aut pauca admodum Latina monumenta, sive propter magnitudinem rerum occupationemque hominum, sive etiam, quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: quum interim, illis silentibus, G. Amasinius (*Epicureus*) exstitit dicens: cujus libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabat illecebris blandis voluptatis, sive etiam, quia nihil prolatum erat melius; illud, quod erat, tenebant. Post Amasinium autem multi ejusdem aemuli rationis multa quum scripsissent, Italiam totam occupaverunt: quodque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod etiam facile ediscantur, et ab indoctis probentur, id illi firmamentum esse disciplinae putant.

Senect. 1.
et Arch. 7.

Si M. CATO senex, illis temporibus doctissimus, eruditius videbitur disputare quam consuevit ipse in suis libris. attribuito Graecis litteris, quarum constat cum perstudiosum fuisse in senectute. —

Ac. 2, 2.

Ego autem quum Graecas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim; P. autem Africani, histo-

historiae loquantur, in legatione illa nobili, quam ante caesuram obiit; Panaetium unum omnino comitem fuisse: nec litterarum Graecarum nec philosophiae jam uilum auctorem requiro. Nam certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviore, aut humanitate politiores, P. Africano, C. Laelió, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt, Atque ego (*P. Crassus, orator, loq.*) ex istis saepe audivi, quum dicerent, pergratum Athenienses et sibi fecille et multis principibus civitatis, quod, quum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. Itaque eos, dum Romae essent, et a se. et ab aliis frequenter auditos. Ex his Laelius, qui Diogenem Stoicum adolescens, post autem Panaetium audierat, dictus est sapiens.

de Or. 2,
37.

Fin. 2, 8.

Majore studio LUCULLUS quum omni litterarum generi, tum philosophiae deditus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur. Nec ineunte aetate solum, sed et pro quaestore aliquot annos et in ipso bello. Quum autem e philosophis ingenio scientiaque putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere, eum secum et quaestor habuit, et, post aliquot annos, imperator. Quumque esset divina quadam memoria rerum, ea saepe audiendo facile cognovit, quae vel semel audita meminisse potuisset, Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat.

Ac. 2, 2.

C I C E R O .

Multum fluxisse video de libris nostris, quos complures brevi tempore edidimus, variúmque sermonem, partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium exstitisset; partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Multis etiam sensu mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertaeque disciplinae et jam pridem relictæ patrocinii-

Nat. d. 1,
3.

cinium nec opinatum a nobis esse susceptum. Nos autem nec subito coepimus philosophari: nec mediocre a primò tempore aetatis in eo studio operam curamque consumimus: et, quum minime videbatur, tum maxime philosophabamur. Quod et orationes declarant, refertae philosophorum sententiis et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit: et principes illi, Diodotus (vid. p. 296), Philo (v. p. 202), Antiochus, Posidonius, a quibus instituti sumus. Et si omnia philosophiae praecepta referuntur ad vitam, arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea praestitisse,

c. 4. quae ratio et doctrina praescripserit. Sin autem quis requirit, quae causa nos impulerit, ut haec tam sero litteris mandarem, nihil est, quod expedire tam facile possimus. Nam quum otio langueremus et is esset reipublicae status, ut eam unius (*sc. Caesaris*) consilio atque cura gubernari necesse esset: primum ipsius reipublicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis, res tam graves tamque praeclaras latinis etiam litteris contineri. Eoque me minus instituti mei poenitet, quod facile sentio, quam multorum non modo discendi sed etiam scribendi studia commoverim. Complures enim Graecis institutionibus eruditi, ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quae a Graecis accepissent, Latine dici posse diffiderent. Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur. Hortata etiam est, ut me ad haec conferrem, animi aegritudo, fortunae magna et gravi commota injuria; cuius si majorem aliquam levationem reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, quam si me non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem. Omnes autem ejus partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, quum

c. 5. totae quaestiones scribendo explicantur. Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est. Non enim tam

aucto-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



disputationum res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte: secundus de tolerando dolore: de aegritudine lenienda tertius: quartus de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat; docet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus libris editis, tres libri perfecti sunt de natura deorum; in quibus omnis ejus loci quaestio continetur. Quae ut plene esset cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere. Quibus (ut est in animo) de fato si adjungerimus, erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula reipublicae tenebamus. Quid ego de consolatione dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur: ceteris item multum illam profuturam puto. Interjectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de senectute misimus. In primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur, et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Quumque Aristoteles itemque Theophrastus cum philosophia etiam dicendi praecepta conjunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore; quartus, Brutus; quintus, Orator. Adhuc haec erant. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, ut, nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non latinis litteris illustratus pateret. Quod enim manus reipublicae afferre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem? Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui, jam aetate proveci, in nostris libris acquiescunt: quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur; quos quidem plures, quam rebar, esse cognovi. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant. Quod allequar profecto, si instituta perfecero. Ac mihi quidem explicandae philosophiae causam attulit gravis casus civitatis, quum

quum in armis civilibus nec tueri meo more rempublicam nec nihil agere poteram; nec quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. A Platone autem philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. Quod quum accidisset nostrae reipublicae, tum, pristinis orbatum muneribus, haec studia renovare coepimus, ut et animus molestiis hac potissimum re levaretur, et prodessemus civibus qua re cunque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur; philosophiam nobis pro reipublicae procuratione substitutam putabamus.

Defendat quod quisque sentit: nos institutum **Tusc. 4, 5.** tenebimus, nulliusque unius disciplinae legibus adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, requiremus. Sequimur igitur in quaestione de officiis potissimum **Off. 1, 2.** Stoicos, non ut interpretes; sed ut solemus, e fontibus eorum, iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, haurientes. Nec tamen **ib. 1.** multum a Peripateticis dissident nostra, quoniam utique et Socratici et Platonici esse volumus.

P. NIGIDIUS fuit quum ceteris artibus, quae **Timaeus** quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum **c. 1.** acer investigator et diligens earum rerum, quae a natura involutae videntur. Denique sic iudico, post illos nobiles Pythagoreos, hunc existisse, qui eorum disciplinam renovaret.

Animadverti saepe **CATONem**, quum in senatu **Parad. 1.** sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico: sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus: et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum: minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. Attamen Cato duntaxat de
Y
magni-

magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae, Stoice solet, oratoriis ornamentis adhibitis, dicere.

Fam. 13, 10 M. VARRONEM et modestum hominem cognosces, et prudentem; praeterea magni laboris, summaeque industriae. Est homo πολυγραφεωτατος.

Att 13, 18. Nam aetatem patriae, descriptiones temporum; sacrorum jura et sacerdotum; domesticam, bellicam disciplinam; sedem regionum, locorum; omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit: plurimumque poetis nostris, omninoque Latinis et litteris luminis attulit, et verbis: atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecit: philosophiamque multis locis inchoavit, ad impellendum satis, ad edocendum

b. 3. parum. Et tamen in illis veteribus suis, quae Menippum (*Cynicum*) imitatus, non interpretatus, quadam hilaritate conspersit, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialecticae: quae quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati, in ipsis Antiquitatum prooemiis philosophica scribere voluit. Probat autem Academiam veterem.

Nat. d. 1, 6. Ad C. VELLEJUM senatorem (*quem Epicuri Physica explicantem facit Cicero l. 1. de nat. d.*) Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Q. LUCILIUS BALBUS autem tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur (*quae l. 2. de nat. d. Stoicam rationem exponit*).

Fin. 5, 1. (*ATTICUS loq.*) Ego, quem vos ut deditum Epicuro insectari soletis, sum multum equidem cum Phaedro, quem unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo praeteribamus: nec Epicuri licet oblivisci, si cupiam.

Ac. 1, 3. BRUTUS noster excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus Graeca delideres et eandem quidem sententiam sequitur quam Varro. Nam Aristum Athenis

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Nam in omnium fere sectarum et religionum concordiam vel syncretismum conjuraverant. Fanaticae hujus sectae primus auctor fuit *Potamo*, cujus aetas incerta. Majori successu ejus vestigia pressit *Ammonius Saccas* Alexandrinus, qui certiora et notiora Eclecticae sectae fundamenta jecit. Ex illius discipulis inclaruerunt *Longinus*, rhetor potius quam philosophus, *Origenes*, et omnium maxime *Plotinus*, alter hujus philosophiae parens, scriptor subtilis, sed obscurus atque fanaticus. Illius discipuli fuerunt *Amelius* et hoc multo celebrior *Porphyrius*, librorum praeceptoris emendator, et acerbissimus religionis christ. hostis. Porphyrii discipulus fuit *Iamblichus*, scriptor levis et credulus, magnum tamen aequo ut praeceptor nomen nactus. Pertinent huc etiam Imp. *Julianus*, *Eunapius* (cujus habemus *Vitas sophistarum*), *Hierocles*, (auctor commentarii in aureum carmen Pythagorae, librique de providentia). Omnes autem superstitione et constantibus diversissimis et superstitionis et philosophiae generibus superavit *Proclus*, cujus vitam descripsit discipulus atque successor *Marinus*. Tota omnino hujus sectae philosophia enthusiasmo superstructa erat. Platonis adulteratam rationem praesertim cum Pythagorica conglutinabant; addebant Aristotelica; Philosophiam quoque orientalem sibi vindicabant; immo disciplinam suam attemperabant Christianorum rationibus. Denique theurgiae dediti erant, nec erubescabant libros magnis vetustatis nominibus e. g. *Hermeti* supponere aliasque fraudes moliri.

6. Peripatetici seriores partim Aristotelis doctrinam incorruptam servare sibi videbantur; partim ad Syncretismum eo tempore ingravescentem delapsi, Aristotelem in primis cum Platone conjungere studebant. Ad priorem classem post Andronicum Rhodium, Ciceronis aequalem, pertinet praecipue *Alexander Aphrodisaens*. Syncretistici Peripateticismi initia ab *Ammonio*, Plutarchi praeceptore (non confundendo cum Ammonio Saccas) repetenda sunt. Huc referendi etiam *Thomastius*, *Olympiodorus*, *Simplicius*,

7. Inter Cynicos eminuere *Demetrius*, vir antiquae virtutis veraeque Cynicae fortitudinis (imperante Nerone); *Oenomaus*, qui contra Pseudo-Cynicos scripsit nec non contra oracula: *Demonax*, verae virtutis laude celebratus, cujus vitae historiam debemus Luciano, qui et *Peregrini*, Pseudo-Cynici, historiam non satis fideliter enarravit.

8 Stoicorum disciplina post C. N. maxime floruit. Notandi sunt *Athenodorus Tarsensis*, Augusti praeceptor, *Cornutus*, poetae Persii magister, cujus esse putatur libellus de natura deorum, ab aliis Phurnuto cuidam tributus; prae ceteris autem triumviri isti Stoici celeberrimi, quorum scripta habemus: *Seneca*, *Epietetus* (cujus dissertationes litteris mandavit discipulus *Arrianus* et *Enchiridion* copio-

 ψεται, καὶ συμφωνό-
 τερον τοῖς κατὰ τὰς
 αἰσθήσεις φαινουί-
 10 νοῖς· πυκνότητι δὲ
 τὴν κάτω παρὰ γῆν πα-
 χεῖαν αὐτὴν ἐναντί-
 ον τῆς ἀνωθεν δίνης
 εἶναι πρὸς τὴν ὑ-
 15 πέρεισιν τοῦ μὴ φέ-
 ρεσθαι τὴν γῆν τὴν
 κάτω, ὅταν ἀναλαμβάνει
 ἢ πυκνότης παντα-
 χόσι. οὐθέν γὰρ ἡμῶν
 20 ἐστὶ, δι' οὐ περιφορὰ ἡλί-
 ου πάντα ἐνοχλήσει.

certo quodam intervallo dis-
 terminatae. ¶ Enimvero
 hoc pacto securius mens
 telluri mansionem convenire
 assumet, et congruentius his,
 quae sensibus apparent; spis-
 situdinem vero, quae infe-
 rius secus terram crassa est,
 quaeque superiori vortici op-
 posita, inservire ad fulci-
 mentum, ne terra inferius
 posita feratur, quamdiu eam
 recipit spissa materies un-
 dique circumfusa. Nulla
 enim nobis adest ratio, cur
 solis circumlatio omnia tur-
 bare debeat.

C O L. XI.

δεήσεσθαι· πανταχό-
 θεν γὰρ ἴσον ἀπέχου-
 σαν οὐδ' αὖτ' ἰρισκεῖν
 δυνήσεσθαι. Ὁ γὰρ ὑ-
 5 πὸ τῆς τοῦ ἀέρος φύ-
 σεως αὐτῇ ὑπάρχει, τό-
 δε πανταχόθεν ὁμοι-
 οστελλομένην ἴσον
 διέχειν ἀπὸ τοῦ οὐρα-
 10 νοῦ πανταχόσε. Τί δὲ
 ἀκίρει τοιαύτην πο-
 τὲ ἐν μέσῳ κείσθαι τοῦ
 κόσμου, ὅπερ οὐκ ἀδύ-
 νατον εἶναι; Καίτοι καὶ
 15 οὐκ ἦν τοῦτο ἄτοπον
 τῆς μονῆς αἴτιον, βε-
 βαίου τόπου τὸ πα-
 ρασκευαστικόν. Τὴν
 γὰρ ἰσότητα, ἢ τὸ ὁμ-
 20 οἰόστολον πανταχό-
 σε δέγμα

fore ut indigeat; quum enim
 unde unde aequae distans sit,
concupere debemus nullatenus
 futurum, ut decidere pos-
 sit. Quod enim ex aëria
 natura ipsi adest, hoc *repu-*
tandum est illam undecum-
 que pariter amictam aequae
 disterninare a coelo quoquo-
 versum. Quid autem vetat
opinari, talem aliquando in
 medio iacuisse mundo; quan-
 doquidem id impossibile non
 esse *cognoscimus*? Et vero
 non esset haec absurda man-
 sionis causa, stabilis nempe
 loci praeparatio. Aequalita-
 tem enim, sive tegumen-
 tum, quo undecumque ami-
 citur

C O L. XII.

. σοφώτε-
 ρον ἦν τοῦτο εἰπεῖν
 αἴτιον εἶναι, τὴν δὲ
 ἰσότητα· εἰπερ αὐτὸ
 5 ποτε τὸ μένειν αὐ-
 τὴν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ
 κόσμου αἴτιον ἴσθιν
 τοῦ μένειν καὶ αἰθέρι
 χοῦσθαι, ὡς οὐδ' ἐξ ἐπιρ-
 10 ρόων ἐλέσθαι. Ἡ τὸ ἐλεῖν
 οὐν ἀπεστι δι' ἀνάλο-
 γον ῥέον, τὸν τὰς οὐ-
 τω συμφώνων πο-
 τὲ τούτων ἀέρων ὑ-
 15 περείσεις πεποιηκό-
 τα· ἢ διὰ τὰς τῶν προσ-
 ηλαμένων ἄλλοι-
 οτήτας, ὡς ἂν καὶ τ' ἀ-
 ποτύπους ὁρθῶς ἐξα-
 20 χθῶσιν. Ὅτι δ' ἐνδέχεται ἰ-
 τερον τούτων εἶναι

sapientius foret dicere hanc
 esse causam, nempe aequa-
 litatem; siquidem hoc ipsum,
 quod aliquando illa manserit
 in medio mundo, causa est,
 cur maneat, atque aëre vel-
 ut aggere cingatur ita, ut
 neque ex influentibus ever-
 tatur. Aut igitur eversio
 abest propter consentaneum
 fluxum, qui ex aëriis parti-
 culis tam apte congruenti-
 bus fulcimenta comparavit,
 aut propter incurrentium cor-
 porum diversitates, quapro-
 pter etiam percussiones fa-
 cile possunt repelli. Cum
 autem alterum horum admit-
 titur esse

C O L. XIII.

Πάντα γὰρ τιθέμε-
 να παρ' ἀλλότριον
 αὐτῶν συναφῆς εἶδος
 διέφθαρται· ὅπερ καὶ περὶ
 5 εὐρύων ἐπὶ φορὰν εἰ-
 δῶλων μὲν εἶπεν ἐν αὐ-
 τῇ τῇ βίβλῳ βῆτα.
 Ὅ ημῖν περὶ τῆς ἐξαο-
 χῆς ὑποθέσεως εἰρήσ-
 10 θαί εἶδει. Ἐν δὲ τοῖς ἐχομί-
 νοις καὶ περὶ τῶν με-
 τεώρων τούτων ἐτι
 προσεκτικῶς ἐροῦμεν.

Cuncta enim, cum posita
 sunt iuxta contiguam spe-
 ciem naturae a se alienae,
 corrumpuntur: quod et de
 expeditis ad motum simula-
 cris dixi in ipso secundo li-
 bro. Quod nobis primum
 de proposita quaestione di-
 cendum erat. In sequenti-
 bus autem de huiusmodi
 quoque meteoris accuratius
 dicemus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



IN LIBRUM II.

C O L U M N A I.

v. 2. φορὰν] Φορὰν appellat motum illum, quo εἰδωλα, h. e. corporum simulacra ab ipsis avulsa per aërem feruntur, quem celerimum esse demonstrare aggreditur. Sic et passim ea voce utitur in Epistola ad Herodotum apud Laërtium. Φορὰ enim (ut recte adnotat H. Stephanus in suo Thesouro,) interdum dicitur de eo quod fertur cum impetu, unde et quamdam impetus significationem habet. Hinc, ut infra idem Lexicographus docet, sumitur φορὰ et pro impetu naturae ad aliquod incitatae, ut apud Plutarchum in Themistocle: ἔτι δὲ παῖς ὧν ὁμολογεῖται φορᾶς μεσιὸς εἶναι. constat, puerum etiamnum ardoris animi plenum fuisse. Eiusmodi significationem cum non animadvertisset Olearius, mirifice hallucinatus est in reddendis Philostrati verbis in vita Apollonii Lib. VII. Cap. 4. ubi sic loquitur Philostratus: Ὁ δ', ὡς περ τῷ Σοφοκλεῖ πεποιήται πρὸς τὸν Οἰδίπουν ὁ Τειρεσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγων· οὐ γάρ τι σοὶ εἶδωλόσ, ἀλλὰ Λοξία· οὕτω τὴν σοφίαν δέσποιναν πεποιημένος ἐλεύθερος ἦν τῆς Δομετιανοῦ φορᾶς, τὰ Τειρεσίου τε καὶ Σοφοκλέους· ἐπιθεσίσας, καὶ δεδιώς μὲν οὐδέν. Ipse autem vertit: *Apollonius vero, quemadmodum a Sophocle fingitur Tiresias apud Oedipum de se dixisse: Apollinis vivo minister, non tuus: ita et ipse dominam sequutus sapientiam, ex iis erat, qui libertatem Domitiani uere tuebantur, Tiresiae Sophoclisque uerba sibi dicta existimans, nihilque sibi metuens ipsi.* In subiecta uero annotatione sic ait: „*Eunapius Vit. Sophist. p. 5. τὴν ἐν τῷ μέσῳ φορὰν σοφιστῶν memorat. ut itaque σοφιστὴν diceret τῆς ἐν τῷ μέσῳ φορᾶς, eum, qui media aetate floruerit, sic ἐλεύθερον τῆς Δομετιανοῦ φορᾶς esse puto hominem uere liberum, qui aetate Domitiani extiterit, et, ut ad uerbum magis exponam, qui sit ex genere liberorum, quos Domitiani tulit aetas.*“ Nugatur haec quidem Olearius, et quae adfert, ἐπρὸς διόρυσα praeruptae sunt. Etenim ἡ φορὰ τῶν σοφιστῶν ἐν τῷ μέσῳ apud Eunapium nihil aliud est, quam copia sophistarum ubique occurrentium; ut apud Aeschinem φορὰ φητόρων, et itidem apud Plutarchum φορὰ σοφιστῶν, quod discere licet e Lexicis. In Philostrati autem loco ἡ Δομετιανοῦ φορὰ idem ualet ac impetus naturae Domitiani, qua liberum fuisse Apollonium praedicat, quippe qui nihil timeret, δεδιώς μὲν οὐδέν.

De Domitiani enim violento ingenio ita Dio Cassius initio libri LXVII. in Domitiano: Δομιτιανός δὲ ἦν μὲν καὶ θρασύς, καὶ ὀργυλός, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος, καὶ κρυψίνους· ὥστε ἀφ' ἑκατέρων, τῶν μὲν τὸ προπειῆς, τῶν δὲ τὸ δόλιον ἔχων, πολλὰ μὲν ὡς σκηπτὸς ὀξείας ἐμπύτων τισίν, ἐλυμάνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ παρασκευῆς ἐκακούργει. [Rosin.]

v. 3. ταχύτητος] Etsi de celeritate ἀπλῶς verba se facturum spondet, tamen quo minus de idolorum celeritate sermonem instituat, quae sequuntur dubitare non sinunt. Palam igitur fit, in praecedentibus, quae desunt, de idolis γενικῶς pertractasse, h. e. de ipsorum natura et creatione, ut ex Laërtio et Lucretio discimus. Hinc Poeta sic Epicuri transitionem, in quam commentamur, παραφράζει Lib. IV. v. 177:

*Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur
Et quae mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita sit, longo ut spatio brevis hora teratur,
In quemcunque locum diverso numine tendunt,
Suavidicis potius, quam multis versibus edam. [Idem.]*

v. 5. ἡ λεπιότηης] De simulacrorum tenuitate procul dubio disseruerat: nunc autem ex ipsamet tenuitate eorum celeritatem adsumit. [Idem.]

v. 6. et seq. μακρὰν τῆς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λεπιότηης ἀπέχουσα] Idem Epicurus in Epistola ad Herodotum apud Laertium Lib. X. §. 46. sic eandem sententiam expressit: καὶ μὲν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσὶ, λεπιότηησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων. Hinc Lucretius Lib. II. v. 312:

*Omnia enim longe nostris ab sensibus infra
Primorum natura iacet.*

et Lib. IV. v. 730. sic cecinit:

*Tenuia quae facile inter se iunguntur in auris,
Obvia cum veniunt, ut aranea bracteaque auri:
Quippe enim multo magis haec sunt tenuia textu,
Quam quae percipiunt oculos, visumque lacessunt.*

Huiusmodi autem tenuitatem atomorum incredibili parvitate arguebat Epicurus, utpote quas nulla magnitudine praeditas aiebat, teste Laertio Lib. X. §. 44. πᾶν τε μέγεθος μὴ εἶναι περὶ αὐτάς· οὐδέποτε γοῶν ἄτομος ἄφθῆ αἰσθήσει. Quapropter Lucretius Lib. IV. v. 109;

*Nunc age, quam tenui natura constet imago
Percipe. Et in primis, quoniam primordia tantum
Sunt infra nostros sensus, tantoque minora,
Quam quae primum oculi coeptant non posse tueri. [Idem.]*

v. 9. τῶν εἰδώλων] Quid τῶν εἰδώλων nomine intellexerit Epicurus, ipsemet explicat in superius citata Epistola ad Herodotum;

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



*Temporis in puncto: primum quod parvula causa
Est, procul a tergo quas provehat atque propellat:
Deinde quod usque adeo textura praedita rara
Mittuntur, facile ut quasvis penetrare queant res,
Et quasi permanere per aëris intervallum. [Idem.]*

Post v. 6. in margine adpictum vides signum — . Id nempe est quod veteribus appellabatur διπλή ὀβελισμένη h. e. διπλή γραμμὴ cum ὀβελῶ; et quoniam haec figura transversum λάμβδα referebat, dictum etiam fuit ἀντιλάμβδα. De huius ἐπισήματος usu sic Isidorus Etymolog. Lib. I. Cap. 20. *Diple obelismene interponitur ad separandas in cōmoediis vel tragoediis periodos.* Hinc autem dignoscitur adhibitam quoque ad distinguendas varias orationis partes: nempe cum scriptor ad alia pertransit. Vt heic Epicurus, cum demonstravit, celerrime ferri simulacra, ad ostendendum, quomodo continenter eadem e corporibus fluant, gradum facit. [Idem.]

[v. 7. ἰσοταξιῶν] Adsumit heic procul debio, quod antea docuerat, atomos nempe aequae celeres esse, adeo ut eodem tempore simul ferri, per vacuum possint, etiam diversa gravitate sint praeditae. Id, quandoquidem praecedentia perierunt, discimus ex eodem Epicuro in Epistola ad Herodotum §. 61. καὶ μὴν καὶ ἰσοταξιῶν ἀναγκαῖον τὰς ἀτόμους εἶναι, ὅταν διὰ τοῦ κενοῦ εἰσφέρωνται, μηδενὸς ἀντικόπτοντος· οὔτε γὰρ τὰ βαρῆα θάπτον αἰσθῆσται τῶν μικρῶν καὶ κούφων, ὅταν γε δὴ μηδὲν ἀπαντᾷ αὐτοῖς, οὔτε τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων, πάντα πόρον σύμμετρον ἔχοντα, ὅταν μηθεὶς μηδὲ ἐκείνοις ἀντικόπη. Hinc locum profecto indigitat Laertius, qui in eadem epistola §. 43. ubi Epicurus ait: κινεῦνται συνεχῶς αἱ ἄτομοι, sic adnotat: φησὶ δὲ ἐνδοτέρῳ, καὶ ἰσοταξῶς αὐτὰς κινεῖσθαι, τοῦ κενοῦ τὴν ἕξιν ὁμοίαν παρεχόμενου καὶ τῇ κούφοτάτῃ καὶ τῇ βαρυτάτῃ. Quare Lucretius sic certat Lib. II. v. 239:

*At contra nulli de nulla parte, neque ullo
Tempore inane potest vacuum subsistere reii,
Quin, sua quod natura petit, concedere pergat.
Omnia quapropter debent per inane quietum
Aequae ponderibus non aequis concita ferri. [Idem.]*

[v. 9. συνεπιφορομένων] Sic suppleri mutilum verbum posse, non modo residua elementa NB suadent, sed sententia ipsa postulat: nisi inavis συνεπιφορομένων, υπο ἰμπυλσου κομμιγραντιβυς, quod eodem recidit. Sed nobis prius adridet; quoniam in proxima superiori adnotatione audivimus Epicurum scribentem; ὅταν ἄτομοι διὰ κενοῦ εἰσφέρωνται. Si quis vero pro λέγειν δεῖ legere malit λέγειν δίκαιον, ut alibi Epicurus φάσκειν δίκαιον, non intercedimus. Tum vero satis erat subdere εἰσφερομένων. [Idem.]

v. 10. τόπον φέρεσθαι] Praecedens Adiectivum ἐφ' ἓνα nōn nisi τόπον postulare videtur. Verbum vero φέρεσθαι haustum ex ipso-
met Epicuro, qui in citata epistola ad Herodotum §. 62. sic scribit:
ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὰς συγκρίσεις θάτταν ἕτερα ἕτερας οἰσθήσεται τῶν
ἀτόμων ἰσοταχῶν οὐσῶν, τῷ ἐφ' ἓνα τόπον φέρεσθαι τὰς ἐν τοῖς
ἀθροισμασιν ἀτόμους καὶ κατὰ τὸν ἐλάχιστον συνεχῆ χρόνον. Hinc
Lucretius Lib. cit. v. 156:

*At quae sunt solida primordia simplicitate,
Cum per inane meant vasuum, nec res remoratur
Ulla foris, atque ipsa suis e partibus unum,
Unum, in quem coepere locum, connixa feruntur,
Debent nimirum praecellere mobilitate,
Et multo citius ferri, quam lumina solis. [Idem.]*

v. 12. περὶν δὴ συνεχῆ τὸν χρόνον] Huiusmodi supplementum
nemo improbabat, qui prae oculis habeat, quae Epicurus ad Hero-
dotum scriberet §. 48. ῥεῦσις ἀπὸ τῶν σωμάτων τοῦ ἐπιπολῆς συνεχῆς
συμβαίνει, οὐκ ἐπίδηλος αἰσθίσει (ex correctione Schneideri. O.).
idemque paullo ante ἀπορροίας, effluxiones, dixerat a corporibus ma-
nare, quare Lucretius Lib. IV. v. 228:

*Usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
Fertur, et in cunctas dimittitur undique partes
Perpetuo*

et v. 144:

*Nunc ea quam facili, et celeri ratione genantur
Perpetuoque fluant ab rebus, lapsaque cedant.*

Sic etiam M. Tullius de Epicuri systemate verba faciens de Natura
Deorum Lib. I. (Cap. 39.) fluentium frequenter transitio fit visio-
num, ut e multis una videatur. et Macrobius Saturn. VII. 14. Epi-
curus ab omnibus corporibus iugi fluore quaedam simulacra manare
ait, nec unquam tantulam moram intervenire, quia ultro feruntur
inani figura cohaerentes corporum exuviae, quarum receptacula in
nostris oculis sunt. Apuleius quoque: profecto a nobis imagines
velut quasdam exuvias iugi fluore manare. Huc autem respiciens
Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. Lib. III. Cap. 5. ait: εἰ δὲ σῶ-
μα ἴστιν ὁ λόγος, ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν σωμάτων διαπεφώνηται; πότερον
καταλαμβάνεται ἢ οὐ, διὰ τὴν λεγομένην συνεχῆ φύσιν αὐτῶν. εἰ
autem corpus est ratio, quoniam etiam de corporibus controversia
est, comprehendantur nec ne, propter continuum eorum fluxum,
quem vocant. Posset tamen eadem sententia his verbis contineri,
quae residua elementa minime respuunt: λέγειν δίκαιον εἰσφιρομένας,
ἐν τῷ ἐφ' ἓνα τόπον φέρεσθαι παρέχειν συνεχῆ τὸν χρόνον. Elige quod
mavis. [Idem.] Equidem prius praefero, cum in his, quas supersti-
tes habemus, Epicuri Epistolis raro aut nunquam occurrat forma

λέγειν δίκαιον, centies contra δεῖ λέγειν, νομίζουσιν δέ, δέ δὲ δὲ, εἰληφέναι κ. τ. λ. [O.]

v. 13. καὶ μὴ τὸ κενὸν αὐταῖς ἐναντιοῦσθαι πέραν (vel πόρῳ) φερομέναις] Cum Epicurus praeter allata superius loca in eadem ad Herodotum epistola ap. Laert. Lib. X. §. 46. docuerit: καὶ μὴ καὶ ἡ διὰ τοῦ κενοῦ φορὰ κατὰ μηδεμίαν ἀπάντησιν τῶν ἀντικοψάντων γινομένη καὶ μῆκος περίληπτον ἐν ἀπερινοήτῳ χρόνῳ συντελεσῆ, hinc profecto non abuees, sic suppleri posse residua huius commatis elementa. [Rosin.]

C O L U M N A III.

Quid hinc desit et quomodo sententia fulciri possit, vide sis nostrum commentarium.

v. 1. Θέσιν] Sic restituendam primam huius columnae vocem, sequens τάξιν manifeste prodit. Novimus enim non semel copulatas eas voces ab eodem Epicuro in citata Epistola ad Herodot. §. 46. οὔτε ἀπόρροιαί (ἀδυνατοῦσιν γίνεσθαι) τὴν ἐξῆς θέσιν καὶ τάξιν διατηροῦσαι, ἥνπερ καὶ ἐν τοῖς στερεμνίοις εἶχον. Sic recte legit Gassendus in suis Animadversionibus in Librum X. Laertii p. 129. ubi sic habet: *Repono τάξιν pro eo, quod vulgo habetur βάσιν: nam et brevi post licet iterum legere θέσιν καὶ τάξιν. Et cum Epicurus ibi iam loquatur de simulacris, quae ex solidorum superficiebus deripiuntur, constat velle ipsum nihil aliud, quam huiusmodi simulacra a corporibus avolantia servare eundem positum ordinemque partium, quem in ipsa sui dereptione in superficiebus corporum habebant.* (Schneiderus v. cl. in editione sua Physicorum et Meteorologicorum Epicuri antiquam scripturam βάσιν retinuit, nulla tamen annotatione adiecta. O.) Et quidem paullo infra §. 48. Epicurus scribit: καὶ γὰρ θεῦσις ἀπὸ τῶν σωματίων τοῦ ἐπιπολῆς συνεχῆς οὐκ ἐπίδηλος σημειώσεται, διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν σώζουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεμνίου θέσιν καὶ τάξιν τῶν ἀτόμων ἐπὶ πολὺν χρόνον. quae verba sic lecta optime reddit Ignatius Rossius in suis commentationibus Laertianis pag. 267. *Perpetuus est enim fluxus imaginum e corporum extremitate, minime conspicuus, quod ob continentem earum submissionem idem in illis, ac qui in solido est, atomorum positus et ordo ad multum tempus servetur.* Hanc utique Epicuri doctrinam in mente habuit Lucretius, cum Lib. IV. v. 65. scripsit:

Praesertim cum sint in summis corpora rebus

Multa minuta, iaci quae possint ordine eodem,

Quo fuerint, veterem et formae servare figuram. [Rosin.]

v. 4. πρότερον διάστημα ἐνειστήκει] Ut adsequaris, quid sibi voluerit hisce verbis Epicurus, meminisse oportet, eum opinatum fuisse: atomos, ex quarum aggregatione corpora exsurgant, inter se sic

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



v. 8. τὸ σῶμα ἀναψύσει τὸ σχῆμα] τὸ σῶμα intelligo corpus ex concursu atomorum conflatum, quarum singulae ob minutiam suam fugiunt oculorum aciem, sed in corpus congregatae figuram repraesentant cernendam oculis. [O.]

v. 10. τῷ στερεμνίῳ] Solemne Epicuri vocabulum, quo resistentia corpora designabat, ut distingueret ab iis, quae corpora quidem esse aiebat, sed minime resistentia, ut idola et Deorum corpora. Quare Tullius de Natura Deorum Lib. I. Cap. 18. sic Velleium loquentem inducit: *Deorum naturam nec soliditate quaedam, nec ad numerum, ut ea, quae ille (Epicurus) στερεμνία appellat.* Idem passim infra invenies. [Rosin.]

v. 10. λείῳ] Hariolando quidem hoc ἐπιθρονον ad lacunam implendam induximus: hariolationis tamen rationem accipe. Novimus Epicurum docuisse, avolantes corporum membranas, sive idola singillatim minime conspicua esse. Relege sis eius verba, quae ad v. 1. huius columnae recitavimus ex recensione Ignatii Rossii, ubi idem sic opportune commentatur: *Haec fuisse Epicuri mens mihi videtur, nos scilicet formas e corporibus perpetuo fluentes minime cernere, quia, cum idem in iis, atque in corporibus unde existunt, ordo sit ac situs elementorum, singulaeque illarum partibus istorum singulis directe respondeant, non ipsas imagines quidem, sed solidum corpus, in quod oculos dirigimus, ductu imaginum conspicimus. Manet vero diutius in his eadem corpusculorum positio ac partium structura διὰ τῆν ἀνταναπλήρωσιν: quod nempe unam effigiem altera continuo sequitur, eiusque vices ac locum veluti supplet, itaque eam fulcit ac sustinet, uti ipsa vicissim a tertia, haec autem a quarta, ceterae item a consequentibus deinceps excipiuntur ac sustentantur: series vero tota solido ipso, ex quo procedit, innititur.* Hinc Lucretius canebat Lib. IV. v. 257:

*Illud in his rebus minime mirabile habendum est,
Cur ea, quae feriunt oculos simulacra, videri
Singula cum nequeant, res ipsae perspiciantur.*

Attamen aliquando videri posse idem Poeta Epicuri interpretes docet: cum scilicet in corpora deusa et laevigata, ut speculorum aequor, ostendunt. Sic ibidem v. 103:

*Sunt igitur tenues formarum consimilesque
Effigies, singillatim quas cernere nemo
Cum possit, tamen assiduo crebroque repulsus
Deiectae reddunt speculorum ex aequore visum.*

Atque huius rationem phaenomeni sic reddit ibid. v. 146:

*Semper enim summum quidquid de rebus abundat,
Quod iaculentur, et hoc alias cum pervenit in res
Transit; ut in primis vestem: sed in aspera saxa,*

*Aut in materiem, ut ligni, pervenit, ibi iam
 Scinditur, ut nullum simulacrum reddere possit.
 At cum, splendida quae constant, opposta fuerunt,
 Densaque, ut in primis speculum est; nihil accidit horum,
 Nam neque, uti vestem, possit transire; neque ante
 Scindi, quam meminit laevor praestare salutem.
 Quapropter fit, ut hinc nobis simulacra genantur:
 Et quamvis subito, quovis in tempore, quamque
 Rem contra speculum ponas, apparet imago.*

Cum igitur heic doceat Epicurus, videri non posse secretiones, sive avolantia simulacra, donec incurserint solido, profecto, nisi suppleas ἐπίθειον, quod solidi qualitatem definiat, cui datum est simulacra reddere, invenies eum tum phaenomenis, tum discipulo (Lucretio) mirifice repugnantem. Cum enim omnia simulacra avolantiae solidis offendant, cuncta singillatim forent conspicua, quod ipse merito denegat. Nullum igitur opportunius ἐπίθειον ad modicam lacuam supplendam succurrit, quam λείω. Hinc habes etiam nostri supplementi in duabus postremis columnae lineis rationem et nexum cum sequentibus, prout in Commentario leges. [Idem.]

v. 11. τὰς συνιζήσεις] Cum praecedens participium προσκρουσάσας substantivum nomen requirat, quicum cohaereat, restituendas mutilas voces τ... συνι... duximus τὰς συνιζήσεις. Idem enim verbum minus decurtatum recurrit Col. V. v. 12. .. συνιζή... Quid autem heic sit συνιζήσεις et cur reddendum, duxerimus secretionem, operae pretium est expendere. Vox quidem obvia est apud Grammaticos, qui, sicubi hinae vocales coalescunt, συνιζήσιν appellant. Proprie autem est sedimentum, vel considentia terrae, ut Lexicographi annotant, idem quod a Tullio dicitur labes, cum scilicet terrae pars aliqua subsidit et alteri adhaeret. Atque hoc quidem sensu a Dione Cassio accipitur verbum συνιζήσιν Lib. LXVI. 21. cum de Vesuvii conflagratione sub Tito verba facit: ἐκ δὲ τούτου, ἐκείνων μὲν ἀκαύστων ἀεὶ ὄντων, τῶν δὲ ἐν τῷ μίσῳ κραυροῦσιν καὶ τεφρομένων, αἱ περὶ κορυφαί τὸ ἀρχαῖον ὕψος εἰς δεῦρο ἔχουσι· τὸ δὲ ἔμπυρον πᾶν, δαπανηθὲν ἐν τῷ χρόνῳ, κοῖλον ἐκ τοῦ συνιζήσιν γέγονεν. Hinc vides, συνιζήσιν habere eam vim, ut dicatur de corporis parte, quae decidendo abscedit, et cum alio corpore, ad quod decurrit, coalescit. Recte igitur τὸ συνιζήσιν dici potest de atomorum texturis, sive membranis, quae continenter a solidis corporibus defluunt, et quasi labentes vel cadentes recedunt, ad proxime antecedentes feruntur, et cum ipsis considunt. Quare Lucretius verbum cadere hoc sensu usurpavit Lib. IV. v. 63:

*Nam cur illa cadant magis ab rebusque recedant,
 Quam quae tenuia sunt, hiscendi est nulla potestas.*

et v. 145:

Perpetuoque fluant ab rebus lapsaque cedant.

Et v. 87. secreta appellat huiusmodi membranas, quae a corporibus defluunt et singillatim videri nequeunt:

*Quae vulgo volitant subtili praedita filo
Nec singillatim possunt secreta videri.*

Habes autem in hisce Lucretii verbis ipsam, quam heic Epicurus tradit doctrinam; ut verbum verbo apprehendisse sategerit. Quare non abnuces eius sententiam nobiscum restituere: εἰδῆν τὰς συνιζήσεις οὐκ ἔστιν. *conspicere secretiones non licet.* [Idem.]

C O L U M N A I V.

v. 1. μαρτυρεῖται φαινόμενοις] Quid exploratum esse in phaenomenis dicat, incertum sane est, cum praecedentia desint. Attamen dubitare minime possumus, quin phaenomenon eiusmodi sit, unde, posita simulacrorum doctrina, eorum celeritas incredibilis magis magisque conspicua fiat. Hoc autem aliud esse nequit, quam quod Lucretius Epicuri interpretes ad idem ostendendum assumit Lib. IV. v. 157. phaenomenon nempe speculorum imaginem statim reddentium:

Rem contra speculum ponas, apparet imago:

Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo

Texturas rerum tenuis, tenuisque figuras.

Ergo multa brevi spatio simulacra genuntur,

Ut merito celer his rebus dicatur origo.

Quod argumentum quam belle descendat ex iis, quae Epicurus disputat in praecedenti columna de simulacris minime conspicuis, nisi offendant solida laevi et splendido, quisque per se videt. Et quoniam idem argumentum maiorem vim desumit ex multiplicatione imaginum in pluribus speculis eodem tempore, hinc in nostro commentario de ea etiam disserentem Epicurum fecimus; quandoquidem de eadem re sic Lucretius cecinit lib. cit. v. 303:

Fit quoque, de speculo in speculum ut tradatur imago;

Quinque etiam, sexve ut fieri simulacra suerint.

Nam quaecunque retro parte interiore latebunt,

Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota,

Omnia per flexos aditus educta licebit

Pluribus haec speculis videantur in aedibus esse.

Usque adeo e speculo in speculum tralucet imago.

In phaenomenis autem totam demonstrationis vim posuisse Epicurum, utpote qui omne iudicium, ut ait Tullius in Lucullo, in sensibus constituit, exploratissimum est. Quare Sextus Empiricus adv. Mathematicos Lib. VIII. scribebat (§. 355. pag. 526. ed. Fabr. O.): εἰ γὰρ

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



vera esset correctio Rosinii, pertineret ad ἔσται, non ad ποιήσασθαι) de qua conf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 229. et Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 66. Sed quaeritur, an Graece dici possit ἔσται, ἔσται (pro ἐξέσται, quod iam possibilitatem involvit) ποιήσασθαι ἄν de quo equidem maximopere dubito. Nec etiam vel contextus, vel breve spatium in Autographo flagitare videtur supplementum huius particulae, cuius in ipso Autographo nec vola nec vestigium exstat; (Vid. inf. Tabulam huius columnae.) et si scriptum fuerit in v. 15. fine ΠΟΙΗΣΑΣ et in sequentis initio ΘΑΙ, suppleta erit lacuna. Nec enim, ut ipsius tabulae adspectus docet, omnes columnarum lineae aequales sunt, sed aliae maiores aliae minores duabus tribusve litteris. [O.]

v. 14. ὅτι] Cur ὅτι et non ὅτι supplendum duximus, et quae-
nam subsit sententia, vide Commentarium. [Rosin.]

C O L U M N A V.

v. 1. ταχέως] Sic primam vocem refingendam, non modo sequens verbum ἐκπέτασθαι, sed etiam eadem vox infra v. 5. recurrens, satis indigitat. Integram autem sententiam, quae hic mutila est, discere potes ex Lucretio, qui sic eam reddidit Lib. IV. v. 205:

*Quid? quae sunt igitur iam prima fronte locata,
Cum iaciuntur, et emissum res nulla moratur,
Nonne vides citius debere et longius ire?*

Integrum nexum habes in commentario. [Rosin.]

v. 2. ἐκπέτασθαι] Volitare non secus ac fluere solemne est Epicuri vocabulum, cum de idolis verba facit. Hinc fidus illius interpretis Lucretius saepe usurpat, ut cit. libro IV. v. 35:

*Quae quasi membranae summo de corpore rerum
Dereptae volitant ultra citraque per auras.*

v. 3. κατὰ τὸν σοφιστικόν] Sic restituto mutilo verbo στικόν commoda extuunditur sententia. Enimvero antiquitus Sophistae nomen honestissimum habebatur, eoque tum philosophi, tum poetae ipsi, ut Homerus et Hesiodus, ornabantur, immo et Solum ea appellatione dignatum ex veterum testimonio refert Laertius Lib. I. §. 12. Vetus enim Sophistica, ut scribit Philostratus ad Vit. Sophist., nihil aliud erat, quam *Rhetorica philosophans, quae de iisdem rebus, de quibus philosophi, disputaret: τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν δητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφοῦσαν. διαλέγεται μὲν γὰρ ὑπὲρ ὧν οἱ φιλοσοφοῦντες. nisi quod ipsa philosophica pertractans argumenta maiori cum ubertate persequi soleret. ἢ μὲν δὴ καὶ τὰ φιλοσοφούμενα ὑποτιθεμένη διήκει αὐτὰ ἀποτάδην καὶ ἐς μῆκος.* Sed mox in duas partes se

scidit ars una, de qua audire praestat Quintilianum in Prooemio Institut. Feruntque haec, ut Cicero apertissime colligit (Lib. III. de Oratore), quemadmodum iuncta natura, sic officio copulata; ut iidem sapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est, ut artes esse plures viderentur. Nam ut primum lingua esse coepit in quaestu, institutumque eloquentiae bonis male uti, curam moram, qui disertis habebantur, reliquerunt. Ea vero destituta infirmioribus ingeniis velut praeda fuit. Altera vero et deterior ars, cui Sophisticae nomen adhaesit, et perversi ratiocinii accusabatur, iam Epicuri aetate invaluerat. Plato in Dialogo, cui titulus Sophista, atris coloribus huiusmodi homines pinxit, et inter alia haec habet: τὸν δὴ τῆς ἐναντιοποιολογικῆς εἰρωνικοῦ μέρους τῆς δοξαστικῆς μιμητικόν, τοῦ φανταστικοῦ γένους, ἀπὸ τῆς εἰδωλοποιικῆς οὐ θεῖον, ἀλλ' ἀνθρώπικόν τῆς ποιήσεως ἀφωρισμένον ἐν λόγοις τὸ θαυμαστοποιικόν μόριον· ταύτης τῆς γενεᾶς τε καὶ αἵματος· ὃς ἂν φῆ τὸν ὄντως σοφιστὴν εἶναι, τὰ ληθέσιστα, ὡς εἴποιεν, ἔρεῖ. Novimus etiam, ipsum Epicurum, ut refert Laertius Lib. X. §. 7., Nausiphani καύχησιν τὴν σοφιστικὴν obiectasse, et Lib. ΚΗ περὶ φύσεως, quem evolutum ad manus habemus, et mox, Deo daute, in lucem dabimus, invenimus eum adversus Sophistas disputantem, qui sibimet contradicunt, cum de singulis partibus affirmant, quod de toto negant, ut videantur eandem rem cognoscere simul et ignorare. Metrodorum etiam, celebratissimum Epicuri discipulum, novem libros adversus Sophistas adornasse, testis est Laertius in Epicuro §. 24. Qui refert etiam, a germanis Epicureis Sophistarum nomine signatos fuisse Orionem, et alios, qui a magistri doctrina desciverant, οὓς καὶ γνήσιοι Ἐπικούρειοι σοφιστὰς ἀποκαλοῦσιν §. 26. Heic igitur nominis in Sophistarum mentem venire posse ait, ut idolis denegent, quod ceteris corporibus concedunt, posse nempe celeriter ferri, cum nihil ipsis refragatur. [Idem.] At ita si legamus, non cohaeret oratio, nec habet δύνασθαι, ad quod referatur. Vel post πλὴν ἂν addendum λέγωμεν, quod ipse Rosinius subintellexisse videtur in commentario suo (vide infra), verba haec ita vertens: *Nisi fortasse Sophistarum more affirmare velis*, vel etiam in v. 2. in mutila voce *HNAN* verbum latet pro πλὴν ἂν supplendum fortassis ἔφηναν, h. e. ostendere, probare conabantur sophistarum more scil. philosophi quidam, contra quos disserit Epicurus. *sie brachten recht sophistisch die Meinung auf, ans Licht.* [O.]

v. 6. τὸντα δὲ εἶδωλα] Principio quidem mutilam utrimque vocem .ον. restituendam putavimus μόνα, unde comoda etiam sententia extundi posset, quasi diceret Epicuris: solis idolis denegari, quod ceteris omnibus corporibus conceditur. Sed postea satius duximus refingere τὸντα. Novimus enim, τὰ ὄντα εἶδωλα dictas ab eo

esse imagines, quae sponte et immediate fluere e corporibus, ut distinguerentur ab iis, quae nobis aut per somnum, aut alio quovis modo conceptu observantur, et quae a quibusdam ut falsae habebantur, ab Epicuro autem aequae verae. Id discimus ex Laertio Lib. X. §. 51. ubi sic ait: ἢ τε γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμάτων οἴοιται ἐν εἰκόνι λαμβανόμενων, ἢ καθ' ὕπνου γινόμενων, ἢ κατ' ἄλλας τινὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας, ἢ τῶν λοιπῶν κριτηρίων, οὐκ ἂν ποτε ὑπῆρχε τοῖς οὐσί τε καὶ ἀληθεῖσι προσαγορευομένοις, εἰ μὴ ἦν τινα καὶ ταῦτα πρὸς ὃ βᾶλλομεν: quae ita Rossius in Commentationibus Laertianis p. 285. interpretatur: *nam et visorum, quae ex simulacris sumuntur, aut dormientibus offeruntur, aut alia quadam sive mentis motione, sive reliquorum iudicandi instrumentorum obiiciuntur, similitudo cum iis, quae ὄντα ac vera nominantur, nunquam foret, nisi illa etiam quo intendimus (talibus pulsivis) quaedam essent. Atque sic commentatur: Videlicet: nisi revera esset aliquid, quo haec visa, quae dormientes v. g. accipimus, pertinerent. Et inferius: Namque omnia visa, etiam ea, quae falsa vocantur, e. gr. τὰ ἐν εἰκόνι λαμβανόμενα, ἢ καθ' ὕπνου γινόμενα, esse vera contendit Epicurus, quod similitudine probat visorum eiusmodi cum iis, quae τὰ ὄντα καὶ ἀληθεῖ perhibentur; eam siquidem nunquam fore ait, nisi omnino, quo haec visa spectent, quaedam sint; sicut, ea, quae vera nominamus, sane habent, quo referuntur. Si legas igitur nobiscum τὰ ὄντα, sententia Epicuri erit, Sophista dignum esse, quod conceditur solidis corporibus, abiudicare veris et subsistentibus eorum imaginibus, quae ab ipso corpore immittuntur, et corpoream habent naturam. [Rosin.]*

v. 8. τὸν ἔξω στίχον] Variis membranarum στίχοις corpora coagmentari ex Epicuri doctrina, supra monuimus Schol. in Col. III. Hinc cum unaquaeque earum extimam corporis superficiem occuparet, sive in prima fronte esset locata, ut ait Lucretius loco superius citato, facili negotio inde avolari posse idem Epicurus concludebat. [Idem.]

v. 9. et seq. καὶ φαμέν τοι τὸ προσλαμβανόμενον εὐθύς] Rosinus vertit: *Atque adeo affirmamus quod recta consequitur. Atqui τὸ προσλαμβανόμενον in Dialectica non est consequens, sed assumptum, et εὐθύς iungendum cum v. φαμέν. Vertendum itaque: Atque assumptum hoc (scil. quod sequitur Ἐτοίμου κενού etc.) haud cunctanter affirmare licet. wir können also geradezu ohne Bedenken annehmen und behaupten. [O.]*

v. 11. ἔτοίμου κενού κ. τ. λ.] Ex eo, quia vacuum praesto sit ubique, et nullam resistantiam abscedentibus membranis opponat, ut ait Col. II., et ex earum quae abscedunt vehementia, et unitate, et subtilitate, et partium parvitate concludit Epicurus, ἀνυστεροῖωτα (ut

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



v. 7. τῶν στερεμνίων] Haec utique verba ex autographo abrasa fuisse facile persuademur. Posita enim horum simulacrorum existentia non male de ipsorum celeritate arguebat Epicurus, cum duceret a gravibus corporibus puncto temporis et in longinqua loca emitti. [*Idem.*]

v. 11. 12. αὐτὴν μορφήν] Post articulum τὴν has voces desiderari proum est. Hanc enim vocem μορφή saepius usurpat Epicurus, cum de corporum *typis* sive *idolis* loqueretur, ut videre est in superioribus recitatis eiusdem verbis et §. 50. ubi ait: μορφή ἐστὶν αὐτὴ τοῦ στερεμνίου, γινομένη κατὰ τὸ ἐξῆς πύκνωμα. et alibi. atque adeo τύπους appellabat ὁμοιομόρφους. Hinc et in Col. VIII. v. 11. et in Col. IX. v. 7. eandem vocem detritam restituumus. [*Idem.*]

C O L U M N A VII.

Quae in hac Columna et duabus sequentibus usque ad v. 9. Columnae nonae leguntur, non Epicuri doctrinam exhibent, sed aduersariorum obiecta, quae Epicurus in medium profert, deinde diluit. Quod utique proum est colligere ex citato v. 9. Col. IX., cum ait: οἷς δὴ φημί. Quinam vero sint aduersarii, quibus occurrit, profecto ignorauius, quandoquidem capite minutum est huiusmodi κόμμα. Sed eosdem remur esse, quos Sophistarum nomine superius carpit Col. V. [*Rosin.*]

v. 2. διαστάσεις] Interpretati sumus *extensiones*, non *distantias*, ut plerumque sonat. Cum enim inferius idem verbum recurrat v. 8. inde manifesto colligitur, quo sensu eam vocem acceperit Epicurus. Ait enim absurde dici, τὸ βάθος non fieri ex multis corporibus, sed διάστασιν existere ex interiori vacuo. Ubi sicut τὸ βάθος nihil aliud est, nisi corporis dimensio, quae ex aggregatione atomorum oritur, sic ἡ διάστασις nihil aliud esse potest, quam extensio, quae a maioribus vel minoribus vacuis interstitiis euascitur. Hoc utique sensu vocem διάστασιν usurpavit Aristoteles Metaphys. X. σῶμα γάρ ἐστὶ τὸ πάντη ἔχον διάστασιν. ἄπειρον δὲ τὸ ἀπεράντως διεστηκός. [*Idem.*]

v. 3. βάθος] Haec vox, quae proprie *altitudinem* sonat, pro tota solidi *dimensione* usurpari non dubitamus. Id nobis idem Epicurus persuasit, qui eandem vocem in Epist. ad Herodot. §. 50. usurpat, ubi de idolis disserens sic ait: τοῦ ἐνός καὶ συνεχοῦς τὴν φαντασίαν ἀποδιδόντος, καὶ τὴν συμπάθειαν ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου σώζοντος κατὰ τὸν ἐκεῖθεν σύμμετρον ἐπειρισμόν ἐκ τῆς κατὰ βάθος ἐν τῷ στερεμνίῳ τῶν ἀτόμων πλάσειως μορφή ἐστὶν αὐτὴ τοῦ στερεμνίου. Haec autem verba sic doctissimus Rossius vertit in suis Comment. Laert. p. 276. Cum unum et continuum sit, quod visum imprimat, cognationemque eius, quod ei subiicitur, conservet, pro

fultura inde sibi respondente ex atomorum soliditate altius efficta ipsa est forma solidi corporis. Optime quidem: sed cur κατὰ βάρθος reddiderit altius comparativo modo, ignoramus; et quid sibi velit fultura ex atomorum soliditate altius efficta, obscurum procul dubio est. Cum autem Epicuri sententia illa sit, quam ipsemet sagacissimus Commentator agnoscit, hoc est, idolum continenter a solido fluens convenientiam cum subiecto solido servare, quia inde respondentem habet fulturam, quae oritur ex atomorum coagmentatione; κατὰ βάρθος procul dubio nihil aliud est, quam secundum corporis dimensionem. Atomi enim non in altitudinem tantum, sed et in latitudinem coagmentantur; nec altitudo solum, sed tota corporis dimensio, ad Epicuri mentem, fulcimen est respondentis idoli. Quare sic reddendum ducimus: Cum unum et continuum sit, quod visionem reddit, atque convenientiam cum suo, unde oritur, subiecto servat secundum proportionalem fulturam, quae inde exurgit, ex coagmentatione atomorum, iuxta eius dimensionem ipsa est forma solidi. Sic etiam paulo superius §. 48. ait: καὶ συστάσεις ἐν τῷ περιέχοντι ὀξεῖαι διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάρθος τὸ συμπλήρωμα γίνεσθαι. Quibus verbis, ut ibidem Rossius commentatur, concretiones atomorum indicat, quae puncto temporis in aëre fluunt, et dissolvuntur, et seceruit ab illis, quae perpetuo fluunt a corpore, et diu perseverant, διὰ τὴν ἀντανανλήρωσιν, ob continentem earum submissionem. Idcirco autem cito dissolvi putat διὰ τὸ μὴ δεῖν κατὰ βάρθος τὸ συμπλήρωμα γίνεσθαι, h. e. quia non opus sit, ut complementum fiat secundum veram corporum, quae repraesentant, dimensionem, sed apparentes tantummodo sunt, et evanidae in eorum figuram aliquatenus confictae. De qua Epicuri doctrina sic Lucretius cecinit Lib. IV. v. 130:

*Sed ne forte putes ea demum sola vagare,
Quaecumque ab rebus rerum simulacra recedant:
Sunt etiam, quae sponte sua gignuntur, et ipsae
Constituuntur in hoc coelo, qui dicitur aër:
Quae multis formata modis sublime feruntur,
Nec speciem mutare suam liquentia cessant,
Et quouisque modi formarum vertere in ora.
Ut nubes facile interdum concrecere in alto
Cernimus et mundi speciem violare serenam,
Aëra mulcentes motu: nam saepe gigantum
Ora volare videntur, et umbram ducere late,
Interdum magni montes avolsaque saxa
Montibus anteire, et solem succedere praeter.*

Huiusmodi sane imagines, quas recenset poeta, idcirco non sunt verae corporum imagines, quia sponte sua gignuntur, nec respon-

dentem sublectorum corporum habent fulturam, unde complementum accipiant *κατὰ βάθος*, secundum eorum dimensionem. Nec mirum esse debet, si vox *βάθος* tam de altitudine, quam de latitudine et longitudine accipiatur. Aequè enim *profundum* dici potest, quod a fronte in recessum, quam quod a summo deorsum excurrit. Sic apud Xenophontem (Hellen. VII. v. §. 23. O.) *βάθος τῆς φάλαγγος* est eius a fronte in recessum extensio, ut Budaëus observat. [Idem.]

ibid. *εἰληφός*] Cum neutrius generis hoc participium sit, non nisi τὸ εἶδωλον respicere potest, de quo sermo est. [Idem.]

v. 7. 8. *ἐξ αὐτοῦ ἐνδοθεν κενού*] Detritas hoc loco voces sic helle restitui posse censemus. Novimus enim, Epicuri doctrinam fuisse, vacuis interstitiis corpora scatere, unde maior vel minor eorum densitas ac pondus et extensio oriretur. Hinc ait Lucretius Lib. I. v. 365:

*Ergo quod magnum est aequè leviusque videtur,
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.*

Quare cum subdat *λέγειν τολμῶσιν ἀλόγως*, hoc non nisi ad eius obtrectatores referri potest, ut supra adnotavimus. [Idem.]

v. 11. seqq. *ὡς ἂν τὴν κενότητα ῥαδίως δύνασθαι τὸν ῥοῦν*] Hariolando quidem haec verba supplevimus, sed tum ex residuorum elementorum vestigiis, tum ex ipsa textus sententia ducti. Hoc enim pacto satis sententia excurrit, ut in nostro Commentario docuimus. Ceterum in ea verba iurare, optime lector, minime cogaris. [Idem.]

Post v. 13. in Tabula leguntur extrema verba lineae, cuius prior pars detrita est $\sigma\tau\kappa\epsilon\eta\eta$, fortassis explenda τοῦ κενού, quae, si Rosiniū explicationem sequamur, (Vide infra in Commentario.) non prorsus absone tali quodam supplemento coniungi possent cum praecedentibus: *ὡς ἂν τὴν κενότητα ῥαδίως δύνασθαι τὸν ῥοῦν καὶ τὴν φορὰν ἀποδέχεσθαι, τοῦ κενού οὐδενός ὄντος τῶν ὄντως ὄντων*. Loquitur scil. Epicurus ex mente adversariorum, qui ipsi obiiciebant: vacuum non posse accipere fluxum celeritatemque, cum sit proprie res nihili, (*etwas ganz negatives*) adeoque affectionem nullam possit neque dare neque accipere. Eodem modo adversus Epicurum argumentatur Plutarchus contra Colot. Cap. XIII. p. 159. ed. Hutten. *ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς πραγματείας* (initio Lib. I. *περὶ φύσεως*) *ὑπειπὼν* (Epicurus), *τὴν τῶν ὄντων φύσιν σώματα εἶναι καὶ κενόν... ὧν θάτερον ὄντως μὲν οὐθέν ἐστιν, ὀνομάζεται δὲ ὑφ' ὑμῶν* (Epicurus) *ἀναφῆς καὶ κενόν καὶ ἀσώματον*. At iudicent acutiores. [O.]

C O L U M N A VIII.

v. 2. *φύσεων*] Trunca syllaba *ων* residua procul dubio est vocis *φύσεων* adpictae in extremitate praecedentis lineae, quae disperiit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



v. 2. ἀλληλοῦχοι φύσις] Substantiae compactae, cohaerentes. Substanzen, die äußerlich zusammenhängen, in einander eingreifen. Sic ἀλληλοῦχίαν τῶν σωμάτων compagem corporum mutuo cohaerentium dicit Aristoteles ap. Stobaeum Eclog. Phys. Lib. I. Cap. XIX. p. 382. ed. Heeren. et Longinus de sublimi C. XXXVI. §. 4. inquit: ἡ γὰρ ἀλληλοῦχία τούτων (naturae scil. et artis) ἴσως γένοιτ' ἂν τὸ τέλειον. [O.]

v. 7. μορφάς] Hanc vocem ex autographo avolasse satis superque ex antecedentibus liquet. [Rosin.]

v. 9. Οἷς δὴ φημί] Vides ante voculam οἷς spatium interiectum, quod, ut alibi monuimus, nostri finalis puncti vicem apud veteres supplebat. Heic autem, cum adversariorum obiecta hactenus retulisset Epicurus, ad ea breviter diluenda gradum facit. In margine etiam σημείον aliquod appictum fuisse, verisimile est, quod cum ipso margine periit.

Responsio autem tota, ni fallor, in eo versatur, ut dicat, non belle ab adversariis esse intellecta, quae a se de idolorum natura et proprietatibus dicerentur; ut propterea idola inspicientes mente hallucinarentur nominum aequivocatione decepti. Cum enim λεπτότητι, subtilitate incredibili ea praedita esse audirent, subtilitatem istam ex unis vacuis interstitiis ortam putabant, et proinde absouum dicebant posse eiusmodi simulacra solidorum omnium formam exhibere. Hinc nostrum supplementum in Commentario procedit. De λεπτότητι autem heic sermouem esse indicium nobis fecit residua syllaba λς quae in ora detritae columnae exstat. Quare de nostro adscripsimus: ὅτι γὰρ λεπτότητα

Nota autem est Epicuri doctrina, de qua superius ad Col. VIII.: sensus nobis vera semper exhibere, verissimumque ipsorum esse testimonium; animo autem nos falli, cum non satis ad phaenomena attendimus, et ex praeconceptis opinionibus nos abripi sinimus. Idcirco sic cauebat Lucretius Lib. IV. v. 466:

. pars hominum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
Pro visis ut sint, quae non sunt sensibus visa.

et paullo superius v. 385:

Hoc animi demum ratio discernere debet,
Nec possunt oculi naturam noscere rerum;
Proinde animi vitium hoc oculis adfigere noli.

Eapropter Epicurus idem sapientissime Herodoto inculcabat in Epist. §. 37. πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὡς Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα, ἢ ζητούμενα, ἢ ἀπορούμενα

ἔχομεν εἰς ὃ ἀνάγοντες ἐπικρίνειν, καὶ μὴ ἄκριτα πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀποδεικνύωσιν, ἢ κενούς φθόγγους ἔχομεν. Id ipsum suis adversariis nunc oggerit, quos δρωννμῖα deceptos ait. [Idem.]

C O L V M N A X.

v. 2. συγκρίσεις] Vides in Autographo scriptum συγκρίσεις cum N pro Γ, quod non nisi librarii somnolentiae tribuendum est. Cave enim putes cum Stephano, Beza aliisque, quos citat Io. Simonius in sua Introductione Grammatico-Critica sect. 2., Grammaticos, qui iuberent γ pro ν ante litteras palatinas adpiendum, ab amanuensium scriptis fuisse deceptos, ubi ν minusculum paullo longius protractum figuram γ ipsorum oculis obiecerit; propterea quia in aliquo Codice quadris litteris exarato inveniatur scriptum ἄγγελος, ἀγκύρα, ut heic apud nostrum συγκρίσεις. In hisce enim papyraceis voluminibus, quae quadris litteris exarata sunt, γ ante palatinas litteras perpetuo apponitur, etsi aliquando librarius ab hac orthographia aberret; ut videre est in hoc ipso volumine, ubi Col. IX. v. 12. habes recte scriptum ἐχειροῦσιν. In volumine autem Philodemi de Musica, quod in lucem dedimus, passim vides huiusmodi orthographiam fuisse servatam. Sic Col. XVII. v. 31. τυγχάνειν, ibid. v. 44. συγγενῆ, Col. XXIV. v. 7. συγγενῶς, Col. XXVII. v. 13. ἀγγινοίας, Col. XXXIII. v. 22. ἀναγκαίως, Col. XXXVIII. v. 32. ἐγκεχειρήκασιν ibidem vero dormitans, ut longo in opere, adpiuit v. 38. συνκατάκοσμησιν quod observatum per nos fuit. Eadem scribendi ratio et in aliis voluminibus, quae ad manus habemus, passim et constanter observatur; adeo, ut etiam aliquando in binis vocibus γ pro ν adscribatur in praecedenti, cum altera incipit a γ, ut in vocibus μὲν γὰρ, ubi habetur ΜΕΓΓΑΡ. Id autem, ni fallor, manifesto est indicio, illud γ sonum τοῦ ν retinuisse, etsi aliquanto mollius efferretur; ut nos hodie voces *angelus*, *anchora* pronunciarē solemus, in quibus efferendis lingua non ad palatum usque adsurgit: alioquin non sic facile littera N pro Γ a librariis permutaretur.

Ex Epicuri autem mente σύγκρισις est corporum singulorum coagmentatio, quae fit ex prinigeniis atomis corpusculis, et varia esse potest; unde varia corporum oritur temperatio et structura. Sic ipse suam prōdidit doctrinam in Epistola ad Herodotum ap. Laert. Lib. X. §. 40. et 41. τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐστὶ συγκρίσεις, τὰ δὲ ἐξ ὧν αἱ συγκρίσεις πεποίηται· ταῦτα δὲ ἐστὶν ἄτομα καὶ ἀμετάβλητα, εἴπερ μὴ μέλλει πάντα εἰς τὸ μὴ ὄν φθαρῆσθαι, ἀλλ' ἰσχύοντα ὑπομένειν ἐν ταῖς διαλύσει τῶν συγκρίσεων, πλήρη τὴν φύσιν ὄντα, καὶ οὐκ ἔχοντα, ὅπη ἢ ὅπως διαλυθῆσεται. Id quod Lucretius his versibus exposuit Lib. I. v. 484:

*Corpora sunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quae constant principiorum.
Sed quae sunt rerum primordia, nulla potest vis
Stringere; nam solido vincunt ea corpora demum.*

Ex hac autem Epicuri doctrina patet, quo respiciant, quae heic legis residua exsecti commatis verba: διὰ τῶν ἐκείνων συγκρίσεις. Videlicet secundum varias illorum principiorum concretiones variam itidem esse corporum densitatem. Vide quae in sequenti adnotatione subnectemus. Hinc nostri supplementi ratio in commentario procedit. [Idem.]

v. 4. διαλύσεως] Dissolutioni primordialia corpora obnoxia non esse, iuxta Epicuri doctrinam modo vidimus, quae propterea ἄτομα, insectilia dicta sunt. Etsi enim et ipsa minimis constare partibus concipiantur, nulla tamen vi divelli hae partes queunt, cum inane nihil in se admittant, ut cecinit Lucretius Lib. I. v. 529:

*Haec neque dissolvi plagis extrinsecus icta
Possunt; nec porro penitus penetrata retexi;
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam supera tibi paullo ostendimus ante.
Nam neque conlidi sine inani posse videtur
Quidquam, nec frangi, nec findi in bina secundo.*

et inferius v. 599:

*Inde aliae atque aliae similes ex ordine partes
Agmine condenso naturam corporis explent:
Quae quoniam per se nequeunt constare, necesse est
Haerere, ut nequeant ulla ratione revelli.
Sunt igitur solida primordia simplicitate:
Quae minimis stipata cohaerent partibus arcte,
Non ex ullorum conventu conciliata,
Sed magis aeterna potentia simplicitate:
Unde neque avelli quidquam, neque diminui iam
Concedit natura reservans semina rebus.*

Hanc autem corporum primordialium congeriem, quae ἄτομα et ἀμετάβλητα putabat Epicurus, τὸ πᾶν, universum nuncupabat. De quo sic ad Herodot. ap. Laert. Lib. X. §. 39: καὶ μὴν καὶ τὸ πᾶν αἰεὶ τοιοῦτον ἦν. οἷον νῦν ἐστὶ, καὶ αἰεὶ τοιοῦτον ἔσται· οὐθὲν γὰρ ἐστὶν, εἰς ὃ μεταβάλλει. πᾶρὰ γὰρ τὸ πᾶν οὐθὲν ἐστὶν, εἰς ὃ ἂν εἰσελθὼν αὐτὸ μεταβολὴν ποιήσαιο. Posita hac Epicuri doctrina, cum heic dicat: nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, possibilem ipsis demonstret; manifestum est verba facere de illorum corporum dissolutione, quam impossibilem esse antea docuerat, h. e. primordiorum sive atomorum. [Idem.]

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



CAROLI ROSINII
 COMMENTARIUS
 IN LIBRUM II.
 EPICURI
 DE NATURA.

IN CAPUT I.

Simulacra in motione celerrima esse, ex ipsorum tenuitate evincit.

Quandoquidem satis longe ab huius secundi libri initio Epicurum dissertentem deprehendimus, coniecere par est, quid ipse in praecedentibus docuerit. Omni procul dubio primum librum in statuendis rerum principiis, videlicet atomis, et inani, nec non in utriusque principii tum proprietatibus, tum accidentibus enucleandis impendisse, ex Lucretio atque Laertio satis constat. Huic alterum, in quem offendimus librum, subdit, ut naturae *oeconomiam* explicet, per quam opportunus, ut is autumat, videndi et percipiendi, quae circumstant corpora, modus hominibus suppeditatur, idolorum scilicet, seu simulacrorum ope, ut ex eiusdem libri conclusione discimus: quae idola, ut ipse docet, e singulis corporibus continenter evolant, passim per aëra discurrunt, et sensationum omnium causa existunt. Horum autem idolorum creationem et naturam in huius secundi libri, quo fraudati sumus, initio explicasse quis dubitet? Atomos perpetuo motu cieri Epicurus docebat, ut aliunde novimus, atque hinc fieri, ut

e singulis corporibus quasi quaedam abrasae superficies, sive tenues membranae perpetuo emitterentur, quae uniuscuiusque corporis effigiem et figuram sensibus obtruderent. Huiusmodi autem membranas sive idola, supra quam cogitari possit, tenuissima esse, ex incredibili atomorum parvitate, quibus texerentur, facile adstruebat. Hinc porro insuperabili celeritate idola ferri oportere, hoc pacto docentem nacti sumus.

(COL. I.) „De simulacrorum autem, quae feruntur, celeritate nunc dicere adgrediemur. Principio enim cum eorum subtilitas talis tantaque sit, ut humanos sub sensus cadere non queat; satis superque evincitur, insuperabili celeritate eadem praedita esse oportere. *) *Etenim quae subtilia sunt, eadem et levia esse, experimentis abunde constat. Sed supra quam concipi possit subtilia esse simulacra ostendimus: (COL. II.) ergo dicendum est, etiam insuperabiliter esse levia. Si autem insuperabiliter levia, manifestum quoque fit, insuperabiliter celeria esse, cum moventur. Et si ad summum aequae celeres natura sunt omnes atomi, ut docuimus, fateamur quoque necesse est, eas, cum simul feruntur, atque in aliquem locum convolant, fluxu continenti meare, nec vacuum ipsis ultra commeantibus obsistere; atque adeo idola, quae nihil aliud sunt, quam tenuissima membrana, quippe simplici constant atomorum textura, quam maxima celeritate praedita esse patet. Atomi enim, cum summo de corpore continenter evolant, nequaquam mutant primaeivam (COL. III.) positionem atque ordinem; sed singulae his tantummodo accedunt, inter quas primitus interstitium positum fuerat. Cum autem ipsae ex adverso intuentium, ut ita dicam, transfugiunt, corpus gignit figuram: etsi huiusmodi secretiones, nisi laevi solido incursent, intueri nequaquam licet. Quapropter so-*

*) *Cursivis litteris exarata in versione latina Columnarum supplementa sunt doctissimi Rosini; quae vulgaribus, ipsa Epicuri verba. [O.]*

lida tum solum nobis reddunt *idolum*, cum *densa*, *laevigata* et *splendida* sunt, ut in *speculis* usuvenit. *Item* si *corpora porosa* sint, *idolum* transit; si *aspera*, in ea *offendens* scinditur. *Imo* vero de *speculo* in *speculum* *repulsum* *imaginem* *eodem* *temporis* *puncto* *conspici* *posse* (COL. IV.) exploratum *phenomenis* est. *Iterum* igitur atque *iterum* *manifesto* *apparet*, *insuperabili* *celeritate* *praedita* *esse* *idola*, cum *moventur*. Atque hoc *ferme* *pacto* *demonstratio* *de* *idolorum* *celeritate* *confici* *poterit*.“

IN CAPUT II.

Celeria *itidem* *esse* *idola*, *ex* *eo*, *quod* *nihil* *obsit*, *et* *proinde* *immutabilia*.

Cum, quae sibi effinxerat Epicurus simulacra, suapte natura maxime levia, atque adeo celerrima esse ex partium tenuitate evicerit; ostendere iam nunc satagit, celerissimo eorum motui, cum a summo corpore aufugiunt, nihil obsistere, posita vacui disseminatione: atque hinc concludit, nullam in eorum transitu, donec humanos sensus percellant, mutationem subire posse, et proinde non nisi verissimam corporum, unde proficiscuntur, imaginem exhibere. Sic itaque pergit: „Quoniam vero fluxus celer est, non solum cum levitate, et tenuitate praedita est *materia*, sed etiam quando nihil obstat, quominus libere fluat; hinc cum membrana e summo corpore velut *extimus cortex* *eiaculetur*, et *vacuum*, quod eam excipiat, in *promptu* sit, *nonne* *consequens* *omnino* *est*, ut *sine* *obstaculo* (COL. V.) *celeriter* *tunc* *evolet* *idolum*? Nisi forte Sophistarum more adfirmare velis, solida tantum corpora celeri motu ferri posse, quae autem verae imagines sunt, in prima corporis fronte positae, immobiles subsistere debere. Atque adeo, quod sponte consequitur, adfirmamus: Cum *vacuum* *praesto* *sit* *semper*, *posita* *secretionum* *vellementi* *eiaculatione*, *et* *unitate*, *et* *tenuitate*, *et* *partium* *exiguitate*, *immutabilia* *prorsus* *sunt* *simulacra*, *cum* *per* *aerem*

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



„*Novimus autem non desse, qui hanc nostram opinio-
nem irrideant, atque argumentis oppugnent. Aiunt enim:
Opinantur Epicuri sectatores, ab unoquoque corpore simula-
crum perpetuo evolare, quod figuram solido omnino similem
seruet, (COL. VII.) et easdem dimensiones in sua exten-
sione capiat. Verumtamen non ex multorum corporum
aggregatione extensionem oriri, sed ex interiori quodam
vacuo dimensionem ipsam existere, absurdo quodam modo
affirmare audent, quasi vero vacuitas facile possit fluxum
et celeritatem concipere. Profecto si res ita se haberet, ae-
qualis in omnibus idolis tenuitas foret. Sed id absurdum est.
Namque non omnia corpora eandem densitatem habent, sed
alibi maior, alibi minor est, densitas (COL. VIII.) naturalis
solidorum: quod ipsi nobis sensus adtestantur. Si enim
interior corporum structura esset fistulosae substantiae si-
milis, nequaquam simulacrum huius fistulosae substan-
tiae in transmittendo exteriorem formam, eundem atomo-
rum ordinem servare posset et positionem, quae in so-
lido. Quod si dicant, huiusmodi simulacra exterius quidem
compacta esse, intus vero vacua, ne hoc quidem subsistere
valet. Quomodo enim fieri potest, ut simulacra (COL. IX.)
tenuissimis partibus instructa, eodem pacto, quo aliquae
substantiae visuntur, extra quidem compactae, intus vero
multicaevae valeant formas secundum varias solidorum na-
turas capere?“*

„*His autem ut respondeam, dico: Cum isti simula-
crum aliquod intuentur, falsam de ipso opinionem statim
concipiunt propter nominum aequivocationem. Cum enim
tenuitate idola omnia praedita esse audiunt, illam non nisi
ex interiori vacuo oriri posse autumant; atque adeo opus esse,
ut cuncta iisdem vacuis interstitiis abundant: quod utique
falsum est, et contra quam sentimus. Tenuitas enim ex im-
perceptibili atomorum exiguitate oritur: quae semper eadem
manet. Vacua autem interstitia itidem varia servantur, prout
in corporibus sunt (COL. X.) secundum ipsorum concrecio-
nes: nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, pos-
sibilem ipsis atomis esse demonstrat.“*

IN CAPVT IV.

Libri conclusio.

Dilutis, ut ipse ducit, adversariorum obiectis, ad libri conclusionem confidenter pergit. Heic vero mirabilem naturae oeconomiam, in perficienda hominum visione incalcat, nec non incredibilem idolorum in percurrendis spatiis celeritatem, quam satis ostendisse putat.

„Nobis igitur, ut principio dixi, perspicere satis licet, etiam in hac specie non destitisse naturae oeconomiam. Est enim haec brevis quaedam via, qua cognoscere homines queunt, quidquid circa ipsos est. Quippe patet, quomodo huiusmodi simulacra incredibili tenuitate praedita, e singulis corporibus perpetuo avolent, per quae non solum visio sed etiam perceptio omnium obiectorum (COL. XI.) eveniat, ut perficiatur; et insuper quomodo eadem simulacra motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis consequenter dicenda sunt, postea disseremus.“

Cum igitur, ut patet, in secundo hoc libro non nisi de idolis pertractaverit Epicurus, dicendum est, in mendo cubare numericam notam apud Laertium Lib. X. §. 73. ubi Enarrator cum recitasset eam epistolae ad Herodotum partem, ubi Epicurus de tempore disserit, tum de suo sic adnotat: φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Β' τῶν περὶ φύσεως. In altero enim hoc libro locum id habere non potuit. Fortasse pro numerali IB. XII., quam paullo post signatam ibidem habes, irrepsit exscriptoris incuria B. II.

A N N O T A T I O N E S

IN LIBRUM XI.

Π Ε Ρ Ι Φ Ρ Σ Ε Ω Σ.

C O L U M N A I.

v. 1. ὑπὸ ποσίν] Tum abrupti huiusce commatis residuum, tum etiam quae sequuntur, lumen accipiunt ex praecedenti Fragmento, quod exhibemus in Fragmentorum tabula No. 6. (Vide Autemonitum) quodque sic legendum eruditi non abnuent. Ἐν ταῖς μεταβάσειν ὁμοιον εἰπεῖν πάλιν, εἰ τὸ ἄνω αὐτῆς κεφαλῆς ἀριτῶς εἶχε, τοῦτο ὑπὸ ποσίν αἰσθάνομεν κατὰ τὴν μετάβασιν, εἰδὼν . . . idem in transitionibus rursus dicendum est; si quod modo fuit supra nostrum caput, hoc idem sub pedibus esse propter loci mutationem, cum . . . [Rosin.]

v. 4. et seqq. Τοῦτο οὖν ὃ ἦσαι ὁ κῦν ἀναβάς ὑπὸ ποσίν κ. τ. λ.] Simillimus Epicuri locus in Epistola ad Herodotum §. 60. ubi de ἀπειρῶ loquitur: Καὶ μὴν κατὰ τοῦ ἀπειρον ὡς μὲν ἀνωτάτω καὶ κατωτάτω, οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω καὶ κάτω· ἴσμεν τοι τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς, ὅθεν ἂν θάμην εἰς ἀπειρον ἄγειν ὄν, μηδέποτε φανεῖσθαι τοῦτο ἡμῖν, ἢ τὸ ὑποκάτω τοῦ νοηθέντος εἰς ἀπειρον ἄμα ἄνω τε εἶναι καὶ κάτω πρὸς τὸ αὐτό· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον διανοηθῆναι. Ὡστ' ἴσμεν μίαν λαβεῖν φορὰν τὴν ἄνω νοουμένην εἰς ἀπειρον, καὶ μίαν τὴν κάτω, ἂν καὶ μυριάκις πρὸς τοὺς πόδας τῶν ἐπάνω τὸ παρ' ἡμῶν φερόμενον ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν τόπους ἀφικνῆται, ἢ ἐπὶ κεφαλὴν τῶν ὑποκάτω τὸ παρ' ἡμῶν κάτω φερόμενον. ubi vide doctissimi Schueideri notam pag. 77. et seqq. [O.]

v. 7. 8. φημί ἐν μέσῳ εἶναι τὴν γῆν] Tellurem in orbis medio esse positam ex Epicuri placitis iam pridem cecinit Lucretius Lib. V. v. 535:

*Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Evanescere paullatim et decrescere pondus
Convenit.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ferre nequiverit; quippe quam e phaenomenis erui posse putaret, quod heic exsequitur. Procul dubio hanc faisse Epicuri opinionem testatur Tullius in II. de Natura Deorum (Cap. XVIII.), ubi Balhus Epicureis oggerit: *Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis: nam posse fieri, ut sit alia figura, innumerabilesque mundos alios aliarum esse formarum.* [Idem.] Num vocabulo ὕψην rarissimo, quo carent Lexica, usus fuerit Epicurus, equidem dubito maximopere, et legendum censeo ὑψίστην. [O.]

v. 11. τοῦ κέντρον] Haec vox, licet dilaniata, satis perspicua est, ni fallor. Quod si ita est, idem ferme Epicurum sensisse ac Aristotelem fateberis, qui in *de Mundo* Cap. 3. sic scripsit: *Κόσμου τὸ μέσον, ἀκίνητόν τε ὄν καὶ ἐδραῖον, φερύσβριος εἴληχε γῆ τοῦ δὲ σύμπαντος οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου σφαιροειδοῦς ἔντος, καὶ κινουμένου, καθάπερ εἶπον, ἐνδελεχῶς δύο ἐξ ἀνάγκης ἀκίνητά ἐστι σημεῖα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλοις καλοῦνται δ' οὗτοι πόλοι, δι' ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπεξευγμένην εὐθείαν, ἣν τινες ἄξονα καλοῦσι, διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου, μέσην μὲν ἔχουσα τὴν γῆν, τοὺς δὲ δύο πόλους πέρατα.* Idem habet Ptolemaeus Lib. 1. ³. Obstaré tamen alicui fortasse videbitur fidus Epicuri interpres Lucretius; qui *medium* h. e. centrum nullum esse in universo contendit; sic enim cecinit Lib. I. v. 1069:

*Nam medium nihil esse potest, ubi inane, locusque
Infinita: neque omnino, si iam medium, sit,
Possit ibi quidquam hac potius consistere causa,
Quam quamvis alia longe regione manere.*

Verum heic tantummodo negat Epicureus Poeta, esse in universo punctum medium, ad quod gravia omnia tendant, et ibidem nitantur, quod *centrum gravitatis* vulgo appellant: adeoque irridet, qui antipodas in opposita nobis parte vagari posse, quin in coelum reciderent, contendebant. En eius carmina Lib. I. v. 1051:

*Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium summas (quod dicunt) omnia niti.
Atque ideo mundi naturam stare sine ullis
Actibus externis, neque quoquam posse resolvi
Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa.*

*Et simili ratione animalia subtu' vagari
Contendunt, neque posse e terris in loca coeli
Decidere inferiora magis, quam corpora nostra
Sponte sua possint in coeli templa volare.*

Exinde tamen non negat, tellurem in medio universi, coelestibus corporibus circumfusam, posse consistere; quinimo diserte affirmat in

versibus superius recitatis. Verba igitur πρὸς τοῦ κέντρος ἰδὲν prorsus heic sonant, ac superiora ἐν μέσῳ. [Rosin.]

v. 11. 12. περιέχοντος τοῦ παντός] Residua elementa et spatiola has voces tantum non respuunt; has ipsas tamen heic desiderari pro certo habemus. In superiori enim annotatione satis, ut puto, ostendimus, Epicuri mentem fuisse, ut doceret, terram in mundi medio esse positam. Itaque sicut prius dixerat, ἐν μέσῳ τοῖς τόποις, sic postea dixit πρὸς τοῦ κέντρος περιέχοντος τοῦ παντός. Appellasse autem Epicurum τὸ περιέχον universum mundi systema, satis comperit habemus. Siquidem ea voce utitur in Epist. ad Herodot. §. 46. et ad Pythocl. §. 88. ait: κόσμος ἐστὶ περιοχὴ τις οὐρανοῦ, ἀστῶν τε καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα περιέχουσα, ἀποτομὴν ἔχουσα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου καὶ καταλήγουσα ἐν πέρατι ἢ ἀραιῷ ἢ πυκνῷ. Quibus verbis plane gemella sunt, quae in fragmentorum primo sic legimus: περιληφθεῖη διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος πυκνότητα ἢ ἀραιότητα, ὥστ' ἀποδιδόναι. . . . Non recte igitur Stephanus τὸ περιέχον ad ambientem tantum aërem coarctavit.

Quidquid autem sit de absoluta voce περιέχοντος, heic certè omnem tollit ambiguitatem sequens τοῦ παντός. Etenim τὸ πᾶν, vox apud philosophos frequentissima, nominis *Universum*, vel *rerum Universitatem*, vel *Universam naturam*, vel *Omnia*, vel interdum *Omne*, ut reddit Tullius, vel *rerum summam*, *summam partem*, aut *summam totius summam*, ut Lucretius, significat; eodemque sensu passim ab Epicuro accipitur in Epist. ad Herodot. et ad Pythoclem; quin per eam non corpora tantum, sed et vacuum complectitur; ait enim: τὸ πᾶν ἐστὶ πῆ μὲν σῶμα, πῆ δὲ κενόν. Hinc Plutarchus ait de Placit. Philos. Lib. I. Cap. 5. Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἓνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι, καὶ τὸ σωματικόν. [Idem.]

ibid. καὶ τόδ' ἐγκοιλᾶναι] Sic lego; etsi contra receptam orthographiam ante *K* adpictum sit *N*. Huiusmodi enim regulam saepe neglectam a nostris amanuensibus alibi vidimus. (ad Lib. II. Col. XI. init.) Quod si haec lectio non probetur, lege sis καὶ τὸ μὲν κοιλᾶναι. Hinc autem fortasse argui potest, coeli ἔτυμον potius ἀπὸ τοῦ κοίλου, quam a latino verbo caelo esse trahendum. [Idem.]

v. 13. et seq. καὶ κάτω ἄλλους δὲ παρὰ γῆ φραγμοὺς εἰς τοῦτο συναπτομένους εἶναι] Quod heic supplementum habes, sponte, ni fallor, non modo e residuis elementis et spatiolis fluit, sed toti sententiae respondet. Φραγμοὺς autem procul dubio appellat materias aeriformes, quae terram undique continent ac sustentant, et quas ipse in laudatis Epistolis appellat αἰθρῶν ὑπερείσεις, nec non αἰθρᾶς συμφάνους. Idcirco ait: εἰς τοῦτο συναπτομένους, in hoc conspirantes, ut scilicet terram complecterentur. Scribebat enim ad Herodot.

§. 76. τὴν γῆν τῆ ἀέρος ἐπέχεσθαι, ὡς συγγενῆ τοῖσιν, ὡςπερ καὶ τὰ ζῷα τῆ γῆ. Hoc nempe est, quod Lucretius vocat *naturam uniter aptam partibus aëriis*. En eius carmina Lib. V. v. 535:

*Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Evanescere paulatim et decrescere pondus
Convenit; atque aliam naturam subter habere
Ex incunite aëvo coniunctam, atque uniter aptam
Partibus aëriis mundi, quibus insita sedit.*

et v. 554. ait terram esse

Partibus aëriis mundi coeloque revinctam.

Huiusmodi sepimenta Parménides appellavit στεφάνας περιπεπλεγμένους. Vid. Plutarch. op. cit. C. 7. et Stob. p. 50 et 51. Aristoteles dixit χώρας. Alii autem Philosophi commenti sunt sphaeras concentricas, ut notum est. Vid. Aristot. de Mundo C. 2. [*Idem.*]

v. 16. στρογγύλον] Residua huius vocis elementa in Autographo exstantia hanc vocem procul dubio inclamant. Ea saepius usus est Epicurus, ut videre est in allato superius loco, et alibi apud Laertium. Eademque usi sunt et alii Physici, qui terram rotundam dixerunt. Vid. Laert. Lib. VIII. §. 48. [*Idem.*]

v. 17. τηρήσασθαι] Nil melius vel opportunius ad implendam lacunam succurrit. [*Idem.*]

v. 20. κατὰ σχῆμα κώλων] Non utique in ea sententia Noster fuit, qui mundum putaret magnum esse animal, cuius partes membra forent; ab ea enim longe abhorrebat. Non dubitavit tamen τοῦ παντός partes quasi membra ad faciliorem intelligentiam appellare. Ideoque fidissimus eius interpres Lib. V. v. 550:

Certaque pars eius, quasi nobis membra, videtur. [*Idem.*]

v. 21. κοινὴν πάντοσε μορφήν τηρῆσαι] Haec verba ad sententiam sustentandam ex ingenio supplevimus; vel, si mavis, lege: κοινήν παντός περιγραφὴν συλλαμβάνειν. Eodem enim recidit. [*Idem.*]

COLUMNA II.

v. 1. συμφώνων τοίχους] Si truncam primam vocem ita restituas, supple ex antecedenti ἀέρον: nec haesites. Quod enim heic appellat τῶν ἀέρον συμφώνων τοίχους, mox in Col. XII. v. 13. dictum videbis συμφώνων ἀέρον ὑπερλίους. Nec nimis duram huiusmodi metaphoram dixeris. Quemadmodum enim Latini consonare dixerunt, quidquid cum alio apte conveniat, sic et Graeci συμφωνεῖν. Vide Lexicographos. Τοίχους autem ne putes heic intelligere, quos commententi erant, qui terram cylindricam tympani segmento similem ad-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



v. 20. μάταια πορεύειν] Sic lego. Similem phrasin habes apud Platonem in Timaeo Oper. Tom. III. p. 40. ex recens. Serrani: τὸ ἴδιον ἀνευ διόψεως περὶ τούτων αὐτῶν μμημάτων, μάταιος ἂν εἴη λόγος. [Idem.]

C O L U M N A III.

v. 2. ὑποκειμένων] Supple σωμάτων, corporum, nempe primitivorum, quae sunt aliarum concretionum subiectum et quae ἄτομα ab eorum natura appellavit Epicurus. Is enim hasce ἀτόμους modo dixit simpliciter σώματα, modo τῶν σωμάτων ἀρχάς. Ἀρχαὶ autem τῶν σωμάτων idem, puto, sunt, atque σώματα ὑποκείμενα, h. e. corporum subiectum, sive semina, ut ait Lucretius. Fortasse autem idcirco hac insolenti voce utitur, quia illis Philosophis respondet, qui tellurem circa suum axem rotare adstruebant ex eo, quod rotationis motum primae materiae, quam ὑποκείμενον dixerunt, impressum opinabantur. Et quidem Timaeus apud Platonem Tom. III. p. 97. (ed. H. Steph.) sic aiebat: ἀρχὰ μὲν τῶν γεννωμένων, οἷς ὑποκείμενον, ἃ ἕλα, et Plutarchus de Stoicor. Repugn. Tom. II. p. 1054. ἄλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκείσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσιν. [Rosin.]

v. 3. ἐπάλλαγμα] Etsi a vulgatis Lexicis absit, nemo tamen hanc Graecis vocem abiudicaverit, quibus ἐπάλλαξις ignota non fuit. Ἐπάλλαξις vero, teste Budaeo, proprie significat indiscretum ab altero in alterum transitum, ita ut oculum fallat, quae significatio mirifice huic textui quadrat. Etenim ex Epicuri mente non solum difficile foret concipere quamcunque telluris περιστροφὴν, ut Ptolemaeus appellavit Μεγ. Συντάξ. L. I. C. 7., sed ne ἐπάλλαγμα quidem, h. e. insensibilem conversionem. [Idem.]

v. 6. ἢ ἄνω ἢ κάτω] Id fortasse eo adhaeret, quod inter Physicos non conveniret, cuius figurae tellus esset: alii enim cylindricam, alii tympani segmento similem, alii rotundam adstruebant. Quocirca, cum, quam ex parte magis premeretur, definiri non possit, ait: εἴτε supra, sive infra, h. e. quacumque ex parte a superimposita mole gravetur. [Idem.]

v. 7. κατάστασιν οἰκοδομῆς] Sic corruptissima verba lego, nec temere. Κατάστασις enim idem ferme valet, quod alibi οὐστασιν dixit, ut in Epistola ad Herodot. ἐν τῇ τοῦ κόσμου οὐστάσει. Οἰκοδομὴ autem terra habitabilis haud improprie appellatur. Sic Lucretius canere non dubitavit Lib. II. v. 1109:

Aptaret spatium coeli domus, altaque tecta
Tolleret a terra procul, et consurgeret aër.

Haec autem, ni fallor, est totius commatis sententia. Cum noster stabilem terram, et nulli externo impulsui obnoxiam dixerit, opus habuit aliquid illis Physicis oggerere, qui mobilem illam circa suum axem adserebant ob constantem rotationis motum materiae ab initio impressum, atque adeo hominibus insensibilem. Itaque sic arguit: perpetuus et constans rotationis motus in primigeniis corporibus concipi hodie non potest: etsi enim semina illa suapte natura

Multimodis volitent aeterno percita motu,

ut cecinit Lucretius Lib. II. v. 1054.; in coagmentatione tamen terrenae huius aedificationis illum amittere debuerunt. Sic enim ipse docebat, ut habes in Epistola ad Herodotum §. 43: *κινούνται τε συνεχῶς αἱ ἄτομοι . . . εἰς τὸν αἰῶνα καὶ αἱ μὲν εἰς μακρὰν ἂπ' ἀλλήλων διίστανται, αἱ δὲ σχεδὸν τὸν παλμὸν ἴσχουσιν, διὰ τὴν τύχην τὴν περιπλοκὴν κεκλιμέναι, ἢ στεγαζόμεναι ὑπὸ τῶν περιπλεκτῶν.* Hucusque igitur orationis filum tenere quivimus, ut habes in Commentario: heic abruptitur, et ingens sequitur lacuna; quapropter et quarta abest columna, ut ab initio monuimus. [Rosin.]

Reliqua huius columnae in Autographo litterarum elementa, de quibus tanquam conclamatis manum tollit doctissimus Rosinius, nec ipse restituere ausim; nam Davus sum non Oedipus. Attamen duo verba proxime sequentia *AA* et in sequentis lineae 9. initio *AΠΕΙΡΙΑ* cum praecedentibus supplemento fortassis non prorsus improbabili nec a Rosinii huius loci explicatione ablutente coniungere tentabo; ita scil.: *τοιαύτην ὑφ' ἧς ἔχει κατάστασιν οἰκοδομῆς λαθοῦσαν ἢ ἀπειρία.* ut sensus sit: *coniunctam tamen sive superius sive inferius occultamque quandam habet aedificationis compagem infinitum.* Est scil. ἀπειρία vocabulum Epicuro proprium, *infinitum* vel *infinitio*, ut Cicero reddit de Finibb. Lib. I. Cap. VI. *infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est.* Ἀπειρία itaque i. q. τὸ πᾶν, sive ἀπειροὶ κόσμοι, ἀπειρία τῶν κόσμων, ut ait ipse Epicurus in Epistola ad Herodot. §. 45. ap. Laert. vel etiam, si ἀπειρία vulgari sensu accipere malimus pro *inscitia, imperitia*, sensu haud incommodo legi posset: *τοιαύτην ὑφ' ἧς ἔχει κατάστασιν (scil. τὰ ὑποκείμενα) λαθοῦσαν τῇ ἀπειρίᾳ τῶν, talem habent illa corpora aedificationis compagem, quae fugit imperitiam eorum (scil. philosophorum, quos in sequentibus, quae interciderunt, fortassis perstrinxit Epicurus).* Sed prius praefero. [O.]

C O L U M N A I V.

Sequitur iam Columna, quam tanquam conclamatam prorsus et ex elementis plae alienis consarcinatam intactam reliquit Rosinius.

(Vide eius Antemonitum.) Tentabo tamen primis saltem illius lineis aliquam lucem affundere, etsi maxime vereor, ne temeritatis et arrogantiae notam incurram apud viros eruditos, si quid periclitatus fuero in loco tam difficili et misere lacero. Ante omnia primos huius columnae versus, prout in Tabula Autographi illos legisse mihi visus sum, hic subicere liceat:

v. 1. ΚΑΤΗΘΕΝ ΕΙΣ ΙΑΙΟΥ
 ἌΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩ ΚΑΤΟ
 ΨΙΝ ἘΑΤΩ ἈΝΑ
 ΠΕΜΕΝΟΝ † ΟΥ ΓΙΝΕ
 ΤΑΙ ἘΝΩ ΚΑΙΝΩΝ ΚΑ
 ἌΛΤΑΣ ἌΝ ΠΕ
 Β ΚΕΙ.

Primum v. 1. verbum, supplendum fortassis *κατανοηθέν*, procul dubio finem facit periodi, cuius initium in extremis praecedentis columnae lineis olim lectum, iam plane detritum est. Sequentia verba *εἰ* *ιαίου* (forte *βιαίου*) *ἄν πράγμα(ος)*, rei difficilis, quae expediti non potest, ut nos dicimus *eine heikle, missliche Materie*, (Simili sensu Epicurus usurpat v. *παραβιάζεσθαι* ad Pythocl. §. 86. *μητε τὸ ἀδύνατον παραβιάζεσθαι.*) aliis doctioribus et acutioribus expendenda relinquo. Quae sequuntur, prorsus conspirant cum iis quae leguntur infra Col. VIII. *τῶν κάτωψιν ἀναπεμπομένων πρὸς ἐπιγείους* etc. quare legendum censeo: *κάτωψιν ἐπὶ τὰ κάτω ἀναπεμπόμενον*. † est nota librariorum finem periodi significans. Iam ex sequentibus verbis fortassis sententiam aliquam haud prorsus improbabilem expiscari licet. Lego scil. *οὐ γίνεται ἄνω καινὸν, καὶ τὰς ἀλλοιότητας λαμβάνον ῥέμβη (vel ῥέμβεται) ἰκεῖ*. Nil novi fit supra (scil. solem vel coelum stellatum) nec illic quidquam sese volutat, quod mutationes accipere possit. Aut omnia me fallunt, aut loquitur h. l. Epicurus ἐν παρόδῳ de *intermundio*, h. e. non singulorum corporum coelestium, quae innumera statuebat, interstitio, sed de spatio illo iuter nostrum mundum visibilem et extremum coelum, quod Lucretius appellat *moenia mundi*, in quo intermundio tanquam aeternae tranquillitatis sede Deos suos collocabat Epicurus. *Heic, inquit, nihil novi fieri, nihil versari, quod mutationes aliquas accipere possit.* Eandem sententiam carmine extulit Lucretius Lib. V. v. 146. et seqq.:

*Illud item non est, ut possis credere, sedes
 Esse Deum sanctas in mundi partibus ullis.
 Tenuis enim natura Deum, longeque remota
 Sensibus a nostris, animi vix mente videtur.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ἔωσιν ipse adhibuit Epicurus ad Pythocl. §. 93. τροπὰς ἡλίου καὶ
σειλήνης ἐνδέχεται γίνεσθαι κατὰ λόξωσιν οὐρανοῦ, οὕτω τοῖς χρόνοις
ἠναγκασμένου. *Solis lunaeque conversiones, possunt fieri secundum
obliquitatem coeli, quod ad varias tempestates efficiendas hanc posi-
tionem debet habere.* [Idem.]

ibid. ἀριῶς δρᾶσθαι.] Hae voces, mi fallor, et sententiae et re-
siduis elementis et lacunae congruunt: τὸ ἀριῶς autem eo sensu ac-
cipimus, quo apud veteres Lexicographos, ut nempe idem sit, ac
πεπληρωμένως, συνηρμοσμένως, ἀπηρτισμένως, perfecte, ad amussim.
Etenim, si ab aliquo puncto non multum abscedas, ait Epicurus,
licet eadem solis obliquatio nudis oculis appareat, opὲ τamen instru-
menti non eadem ad amussim esse dignoscitur. [Idem.]

v. 12. καταστάθμησιν.] A Lexicographis huiusmodi vox igno-
ratur, quae heic geminata perspicue legitur. Eius tamen explicatio
non admodum difficilis videtur. Etenim στάθμην Graeci dixerunt
regulam sive amussim, ad quam fabri operis rectitudinem expendunt:
hinc κατὰ στάθμην, ad amussim, et σταθμᾶσθαι, ad amussim exi-
gere. Quin hoc verbum usurpatum invenitur a Callimacho apud
Laertium in Thaletis vita §. 5. ad signandas astronomicas mensuras:

Καὶ τῆς ἀμάξης ἐλέγετο σταθμῆσασθαι
τοὺς ἀστειροσκοῦς, ἢ πλείουσι Φολνικεῖς.

Et in Platonicis verbis a Timaeo illustratis invenitur: Σταθερὰ μέσης
ἡμέρας, ὅτι κατὰ κορυφὴν ὁ ἥλιος γίνεται. (Vide Ruhken. p. 235.
ed. nov. At hoc verbum plane alienum a nostro loco. O.) Deriva-
tum igitur καταστάθμησις heic aliud esse non potest, quam vel in-
strumentum, cuius ope solis obliquationes expenderentur, vel ipsa
per instrumentum exploratio. Heic sane instrumentum denotat: cu-
iusmodi autem fuerit, videant Astronomi. Procul dubio talia instru-
menta veteres non ignorarunt. Huiusmodi fuit ἡλιοτρόπιον, quod
τὰς ἡλίου τροπὰς signabat, ab Homericis usque temporibus, si Me-
nario credimus, inventum. (Conf. intpp. ad Odyss. XV. 405. O.)
Huiusmodi fuit Ανακλιανδρι γνώμων, de quo Suidas: πρῶτος γνώ-
μοσα κατασκευάσας πρὸς διάγνωσιν τροπῶν θ' ἡλίου, καὶ χρόνων, καὶ
ἡρῶν, καὶ ἰσημερίας. Huiusmodi fuere παραπήγματα, quibus teste
Vitruvio de Archit. Lib. IX. Cap. VII. utebantur ad siderum ortus
et occasus, tempestatumque significationes invenientes; et quae ab
usque Democriti aeo Graecis cognita fuere. Vide Fabric. Hisce
nunc καταστάθμησιν adde: quae fortasse nil aliud erat, quam
mobilis regula, sive διόπτρα perpendiculo infixā, quae hinc inde in
gyrum conversa varia puncta in supposito quadrante signaret, ad quae
oculum intenderet speculator. Patet autem, hoc in loco dormitantem
Calligraphum his eadem verba, τὴν ἐνθένδε καταστάθμησιν, adpinxisse,

quae obelo sunt configenda. Cum enim ad alterum ἐνθύνδε devenisset, rursus oculos ad prius intendens, somnolenter iterum exscripsit *καταστάθμῳσιν ἢ τὴν ἐνθύνδε*: quod alibi etiam passum esse observavimus. Vide Tom. I. (Volum. Herculan.) Col. XXIX. et XXXVI. [*Idem.*]

v. 15. 16. *ἐκτραπίσθαι ἡμῖν δεικνυσιν ἄλλοίαν*] Ad lacunam implendam, sententiamque fulciendam haec verba, ut fallor, opportuna sunt; si instrumentum concipias, quod paullo ante descripsimus. [*Idem.*]

v. 17. *καταστάθμῳσιν*] Hic procul dubio *καταστάθμῳσι* non instrumentum, sed ipsius effectum denotat, puncta scilicet, quae regula in quadrante designat. [*Idem.*]

v. 18. *ἀνατολῶν, καὶ δύσεων*] Notum est hasce voces in plurali numero varias ut plurimum solis in ortu et occasu positiones designare, sive varia, quae sol horiens et occidens puncta per varias anni tempestates in horizonte percurrit. Sic apud Aristotelem de Mundo Cap. IV. *ἀνατολαὶ καὶ δύσεις αἱ μὲν θερμαὶ, αἱ δὲ ἰσημεριναὶ, αἱ δὲ χειμεριναὶ.* et ipse Epicurus in Epist. ad Herodot. §. 79. *πλείονας αἰτίας εὐρίσκαμεν τροπῶν, καὶ δύσεων, καὶ ἀνατολῶν*: et ita etiam in seq. columna. Hinc firmatur, quod supra de *καταστάθμῳσι* disseruimus. [*Idem.*]

C O L U M N A VI.

v. 1. *ὁμοίωμα*] Haec vox idem profecto ex Epicuri mente hic valet ac *ὁμοιότης φαντάσματος*, qua usus est in Epistola ad Herod. §. 49. vel *ὁμοίος τύπος*, qua usus est in praecedenti libro II. Col. VI. v. 1. et 2. ut scilicet significaret *idolum*, sive imaginem *ὁμοιόχρονον καὶ ὁμοιόμορφον*, quae a corpore emissa oculis accipitur. Vide quae ibidem adnotavimus. Propterea adhibet verbum *λαβόντες*, ut in cit. Epist. ad Herod. §. 51. ubi scripsit: *ἢ γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμάτων οἶονεῖ ἐν εἰκόνι λαμβανόμενων.* [*Rosin.*]

v. 3. *συλλογίζεσθαι*] Nihil procul dubio aliud hic insinuat, quam quod saepe alibi, errorum scilicet causas non in sensibus, neque in phaenomenis, sed in intellectu esse *διὰ τὸ συλλογίζεσθαι*. Sic enim scribebat is ad Herodotum apud Laertium Lib. X. §. 50, ut probe legit Rossius in suis Comment. Laertian. §. 98. p. 281. *τὸ δὲ ψεῦδος, καὶ τὸ διημαρτημένον ἐν τῷ προσδοξαζομένῳ αἰεὶ ἐστὶν κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἔχουσαν, καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίνεται.* Quare canebat Lucretius Lib. IV. v. 466:

. *pars horum maxima fallit*
Propter opinatus animi, quos addimus ipsi;
Pro visis ut sint, quae non sunt sensibus visa.

Vide Diogen. Laert. Lib. X. §. 31. et seqq. Sextum Empir. adv. Logicos Lib. II. §. 36. Cicéron. Academ. Lib. IV. Cap. 46. Hanc ipsam doctrinam latius explicat Philodemus in volumine, cui titulus: *περὶ φαινομένων καὶ σημειώσεων*, quod propediem *σὺν Θεῷ* in lucem dabimus. [*Idem.*]

v. 5. *περινοῦντες*] Hanc vocem interpretandam remur, ut Suidas et Hesychius docent, quibus *περινοεῖν* idem est ac *περιττῶς νοεῖν*, *nimum considerare*. Hinc *περίνοια* sollertia. Vide Budaeum v. c. Quapropter *περινοῦντες τὰ ὄργανα* idem est, ac *sensibus nimio plus attendentes*. [*Idem.*]

v. 6. *τὰ ὄργανα*] Etsi *ὄργανον* pro quovis instrumento generatim sumatur, non raro tamen apud philosophos pro organis sensoriis peculiariter accipitur. Sic apud Aristot. de Partib. animal. Lib. II. Cap. 1. Heic vero apud Nostrum pro *oculo κατ' ἐξοχήν* accipi dubium non est, quandoquidem de coelestibus corporibus disputatur, quae non nisi oculorum ope adsequi liceat. Non secus Galenus pro *oculo* hanc vocem interdum sumit. Vide *Gorraeum Lex. Med. h. v.* [*Idem.*]

v. 7. *κηλοῦντες*] Suidas: *κηλῶ, βλάπτω, ἀπατῶ*. quo sensu *fallendi* heic usus est Epicurus. Verbum autem *κηλεῖν* proprie ponitur de carminibus et orationibus, quae magica quadam vi animum auditorum commovent. Vid. Ast. V. Cl. ad Platon. de Republ. Lib. II. Cap. 2. pag. 389. et Menag. ad Diog. Laert. VII. §. 114. pag. 304. ed. Meibom. [*O.*]

v. 9. 10. *ἐμποδείας*] Licet in Lexicis haec vox non recenseatur, nulli tamen dubium fore putō, quia ab *ἐμπροδῶν*, ut *ἐμπρόδιον*, *ἐμπρόδισμα* etc., sic et *ἐμποδία* recte procedat, non secus ac *ἀποδία*, *αὐτοποδία*, *διποδία* etc. Quod autem pro simplici iota descriptum habeas *ει*, id somnolento calligrapho tribuas, qui saepe, non secus ac alii horum voluminum exscriptores, ut iam dudum observavimus, huiusmodi litterarum *ἐναλλαγὴν* facit. Et ne longius abscedas, mōk hac ipsa columna v. 14. *ἀοριστίας* pro *ἀοριστίας* descriptum invenies. Id autem argumento nobis esse debet, non modo diphthongum *ει* affinem sono fuisse τῷ *ι*, sed etiam huiusmodi voces penultima longa solitas fuisse efferri. Impedimenta autem heic intellige, quae scilicet intellectui opponuntur, quominus rem percipiat, sicuti est. Sic ipse met Epicurus ap. Laert. Lib. X. §. 95. hoc sensu adhibet verbum *ἐμποδοστατεῖν*: *καὶ γὰρ παρ' ἡμῶν θεωρεῖται πολλὰ μὲν ἐξ ἐαυτῶν*

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



albus manifesto apparent, aliter de iis, quae in sublimi conspiciuntur, μετεώροις scilicet, siquidem illa, ut scriberet ad Pythoclem ap. Laert. Lib. X. §. 86. μὴ ἀναχὴν ἔχει τοῖς φαινόμενοις συμφωνίαν, ὅπερ ἐπὶ τῶν μετεώρων οὐχ ὑπάρχει· ἀλλὰ ταῦτά γε πλεοναχὴν ἂν ἔχει καὶ τῆς γενέσεώς αἰτίαν, καὶ τῆς οὐσίας τὰς αἰσθήσεσι σύμφωνον κατηγορίαν. Propterea inferius ait: Σημεῖα δὲ τινὰ τῶν ἐν τοῖς μετεώροις συντελουμένων φέρειν δεῖ ἐκ τῶν παρ' ἡμῶν γινομένων, ἃ θεωρεῖται, ἢ ὑπάρχει, ὡς καὶ τὰ ἐν τοῖς μετεώροις φαινόμενα. Ad summam distinguit inter ea, quae infra circa nos sunt, et nostris omnino sensibus subiiciuntur, et ea, quae vix in ingenti distantia apparent: illa appellat θεωρούμενα, haec simpliciter φαινόμενα. Heic vero idem procul dubio inculcans, quae tunc dixit θεωρούμενα, appellat δείγματα ἐπὶ τοῦ ὀργάνου, nempe opponit τοῖς κατὰ τὰ μετέωρα φαινόμενοις. [Idem.]

v. 5. ἀναλογίαν] Vertimus proportionem, ne a trita via abscedamus, siquidem Tullius Timaei Cap. IV. ait: Quae Graece ἀναλογία, (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur,) comparatio proportioque dici potest. Et quidem alibi, etiam apud Epicurum, belle sic explicatur. Heic tamen reddere malle rationium vel ratiocinandi methodum; scitum est enim ἀναλέγειν idem saepe valere, ac latinum ratiocinari. Utcumque tamen reddas, Epicuri sententia est, iudicari non posse de iis, quae in sublimi apparent, eodem pacto, vel eadem proportione, atque de rebus, quae circa nos sunt, et nostris sensibus subiiciuntur. [Idem.]

v. 14. ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενων] Noster, ut supra animadvertimus, in epistola ad Pythoclem §. 88. sic τὸν κόσμον definit: κόσμος ἐστὶ περιοχὴ τῆς οὐρανοῦ, ἀστρα τε καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα περιέχουσα. quae definitio, ut recte animadvertit Gassendus in h. l., consonat cum illa, quam tradidit auctor Libri de Mundo, quicumque is fuerit, Cap. 2. σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Exinde igitur patet per Epicurum, φαινόμενα non esse rerum apparentias, ut vulgo autumant, sed res ipsas, seu substantias apparentes. Sic etiam Epist. ad Pyth. §. 87. οὐ γὰρ κατ' ἀξιώματα κενὰ καὶ νομοθεσίας φυσιολογητέον, ἀλλ' ὡς τὰ φαινόμενα (res quae cernuntur, das offenbare, in die Sinnen fallende. O.) ἐκκαλεῖται. Hoc igitur sensu heic φαινόμενον accipies. Quomodo autem incertas apparentias noster appellet, vide annotationem sequentem. [Rosin.]

v. 15. ἢ περὶ φάσματος] Particula ἢ deest in Autographo; sed sententia eiusque syntaxis illam requirunt. Quis neget, calligrapho inter exscribendum excidisse, ut saepe alias? Vides autem, φάσματα heic, ut in praecedenti et sequentibus, φαινόμενοις opponi, ut signi-

ficent *apparentias*, sive quae Latini dixerunt *portenta*, quaeque unde proveniant, incertum est. Huius generis est per Epicurum motus astrorum, non secus ac tonitrua, fulmina et alia huiusmodi. Itaque ex eius mente sol, et luna φαινόμενα sunt, eorum ortus et occasus sunt φάσματα. Hoc etiam sensu Aristoteles *Meteorolog.* Lib. I. Cap. 2. hanc vocem adhibuit: φαίνεται δέ ποτε συνιστάμενα νύκτωρ, αἰθέρας οὐσης, πολλὰ φάσματα ἐν τῷ οὐρανῷ. [*Idem.*] Hinc hodie Astronomorum vocabulum *die Phasen* (*der Sonne, des Mondes*). [O.]

v. 16. ἐκ μεταωροτάτων] Sic restitimus iacentem in lacuna vocem. Sententia non abnuit, de meteoris enim procul dubio erinofit; sed positivum μεταώρων nec spatiola nec residua elementa ferunt. [*Rosin.*]

v. 18. κάτοψιν] Etsi composita haec vox a Lexicis absit, non dubitamus tamen recipere; quandoquidem habemus passim κατόπτωμας, et derivata κάτοπτος et κατόψιος. Idcirco autem non legendum remur κατ' ὄψιν, ut quis fortasse mallet, quia statim sequitur πρὸς ἐπιγείους, quam decurtatam vocem sic ex ingenio restitimus. [*Rosin.*] Cum in defectu elementorum ultimorum posterioris vocis, quidquid lubeat, hariolari liceat, mallet equidem ad evitandam tautologiam in vocibus ἐπιγείους et ἐπ' αὐτῇ τῇ γῆ legere πρὸς ἐπίβλεπτα ἐπ' αὐτῇ τῇ γῆ, vel πρὸς ἐπιφανῆ ἐπ' αὐτῇ τῇ γῆ. [O.]

v. 21. διότι εἴσωπος] Ut Epicuri sententia et nostri supplementi ratio pateat, operae pretium est eius doctrinam prae oculis habere. Docebat is, humanos sensus minime falli; sed errorum causam totam esse positam in mente, sive in opinione. Cum enim aliquis subiectum videt, verum est quod videt, sed opinio, quam de illo concipiunt, falsa plerumque, vel incerta est, nisi evidentia suffragetur. Sic enim ad Herodotum scribebat §. 34. δόξαν καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν, ἀληθῆ τε εἶναι φασὶ καὶ ψευδῆ διὰ τὸ προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν, καὶ ἐπιμαρτύρησιν ἢ ἀντιμαρτύρησιν παρὰ τοῦ ἐναργοῦς ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν· ἂν μὲν γὰρ ἐπιμαρτύρηται, ἢ μὴ ἀντιμαρτύρηται, ἀληθῆ εἶναι· ἂν δὲ μὴ ἐπιμαρτύρηται, ἢ ἀντιμαρτύρηται, ψευδῆ τυγχάνειν. deinde subdit: ὁθεν καὶ τὸ προσμενόμενον εἰσῆχθη· οἷον τὸ προσμεῖναι καὶ ἐγγὺς γενέσθαι τῷ πύργῳ, καὶ μαθεῖν, εἰ μὲν, ὅποιος πόρρωθεν, τοῖος καὶ ἐγγὺς φαίνεται. Quid autem sit ex Epicuri mente ἐπιμαρτύρησις ἢ ἀντιμαρτύρησις παρὰ τοῦ ἐναργοῦς, clarius etiam disces a Sexto Empirico Lib. I. adv. Logicos Sect. 211. ἔστι δὲ ἐπιμαρτύρησις μὲν κατάληψις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον τοιοῦτον εἶναι, ὅποιον ποτὲ ἐδόξάζετο· οἷον Πλάτωνος μακρόθεν προσιόντος, εἰκάζω μὲν, καὶ δοξάζω παρὰ διαστήματα, ὅτι Πλάτων ἐστὶ· προσελάσαντος δὲ αὐτοῦ, προσεμαρτυρήθη, ὅτι Πλάτων ἐστὶ, συναρπάζοντος τοῦ διαστήματος,

καὶ ἐπεμαρτυρήθη δι' αὐτῆς τῆς ἐπαγγελίας. His positis probe vides, cur tautopere Epicurus distinguendum Philosopho inculcet, num de mundo; et mundanis phaenomenis disputet, an de meteoris, quas tam longè a nobis distant, cum nullatenus fieri possit, ut evidentia suffragetur in tanta rerum distantia. Vide nostrum Commentarium h. 1. [Rosin.]

C O L U M N A V I I I.

v. 2. ὑποκειμένον.] Etsi ὑποκειμένον apud Graecos scriptores plerumque notet orationis subiectum sive argumentum; alibi tamen sumitur pro subiecto, sive corpore, unde idola emanant, ut Epist. ad Herodot. §. 50. τὸ ἐν καὶ συνεχές καὶ σῶζον τὴν συμπάθειαν ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου, vel, ut heic, pro corpore, in quod cadunt Physiologorum observationes. Sic aut Plutarchus in vita Periclis: ὑπέκειτο μὲν τῷ φυσικῷ, ἐκ τίνων γέγονε, θεωρῆσαι. Sic ipsemet Epicurus ad Herodot. §. 72. ὅσα ἐν ὑποκειμένῳ ζητοῦμεν ἀνάγοντες ἐπὶ τὰς βλέπεμένας παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προσλήψεις. Heic igitur ὑποκειμένον est corpus aliquod coeleste, quod physicus in sublimi observat, nec tamen potest in tanta distantia quaquaversum exanimare: idcirco ait βλέπων τύχη. [Rosin.]

v. 4. 5. τό τε κατὰ τὸ ὑποκειμένον λεγόμενον] Haec phrasis idem valet ac omne id, quod subiecto inesse vel adseritur vel negatur, inspecta eius natura. Sic Aristoteles Topic. V. Cap. 3. τὸ ἴδιον τὸ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου. et infra: τὸ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἴδιον τοῦ ὑποκειμένου. [Idem.]

v. 7. 8. περιλαμβανόμενον ἐκ τοῦ ὑποκειμένου] Sic legendum esse patet ex columna sequente v. 6. ubi hanc ipsam propositionem adsunxit, atque ait: ἐκ τοῦ ὑποκειμένου δὲ ληπτέον. E subiecto autem aliquid concipere idem est atque e subiecto aliquid per inductionem cognoscere, quod extra subiectum sit, et ipsius naturam directe non respiciat. [Idem.] Atqui diversissimus est sensus verborum cognoscere e subiecto, λαμβάνειν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου, et περιλαμβάνεσθαι . . . τοῦ ὑποκειμένου, comprehendere subiecto, quod heic legitur; et cum maior vocis detritae lacuna (vide Tab.) vocem duabus ad minimum literis maiorem requirere videatur, malim legere περιλαμβανόμενον ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου. In textu Graeco Rosinii operum vitio soloeae legitur περιλαμβανόμενον ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου. [O.]

v. 11. διαδικασίαι] Sic restituendam remur capite truncam vocem αἰαί, quae in Autographo cernitur. Διαδικασία autem, etsi a Follice quater inter forensia vocabula recensetur, Lib. IV. §. 24. et VIII. (§. 6. 23. 31.) et Suidas explicet pro controversia, ἣν ποιοῦν-

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



C O L U M N A I X.

v. 1. 2. ἡμῶν μὴ ἐναντίας ἀνατολῆς καὶ δύσεως] Rosinius vertit: *nec cum nobis ortus et occasus solis videndus occurrat. Atqui ἐναντιος h. l. est e regione, ex adverso oppositus, ἀντιπρόσωπος, ut explicat Eustathius ad Homer. II. 2. v. 251. gerade gegenüber stehend. Sensus itaque loci nostri hic videtur: si sol nobis non ex adverso, h. e. in eodem horizontis puncto, in quod ibidem eius sive ortum sive occasum expectantes oculos figimus, sed in alio oriatur vel occidat.* [O.]

v. 3. 4. 5. τι συνάπτει φάσμα τούτοις ἐμπερινενοημένον] Etsi verbum συνάπτειν proprie ad exprimendam corporum congruentiam usurpetur, ad spirituales tamen res etiam transfertur. Sic Aristoteles *Metaph. VII. τῷ δὲ καθόλου καὶ τῷ γένει καὶ αἱ ἰδέαι συνάπτουσι. Quid sit autem per Epicurum συνάπτειν φάσμα ἐμπερινενοημένον, si quaeras, idem esse aio ac προσδοξάζειν, quod alibi usurpavit, cum inquit: τὸ ψεῦδος ἐν τῷ προσδοξαζομένῳ αἰεὶ ἐστίν. (Vide Schol. in Col. VII. v. 2.) Quod belle Lucretius latine reddidit *adopinari Lib. IV. v. 814:**

Deinde adopinamur de signis maxima parvis,

Ac nos in fraudem induimus, frustramur et ipsi.

Per Epicurum igitur, cum quis viso phaenomeno *adopinatur*, h. e. aliquem mentis suae conceptum illi adiungit, facile fallitur. Sic in subiecta materia, si quis, viso sole ab ortu ad occasum pergente, concluderet, ab intrinseca solis natura hunc motum procedere. [Rosin.] Notandum verbum ἐμπερινοεῖν, quo carent Lexica. [O.]

v. 6. ἐκ τοῦ ὑποκειμένου] Respondent haec verba iis, quae habentur in praecedente Columna. Vide sis quae ibidem adnotavimus ad v. 4 — 8. [Rosin.]

v. 7. φορὰν] Quid proprie sit ἡ φορὰ, satis disseruimus ad Col. I. Lib. II. Nunc vides φορὰν dici etiam de astrorum motu. Sic in Ep. ad Herodot. §. 76. καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς μετέωροις φορὰν καὶ τροπήν καὶ ἔκλειψιν καὶ ἀνατολήν καὶ δύσιν. et alibi item. [Idem.]

v. 11. οὐ τὴν αὐτὴν] Scil. φορὰν. Nec enim aliter legendum duxerim. Idcirco autem ait, solis et lunae motum neutiquam proprie dici posse κατὰ τὸ ὑποκείμενον, secundum subiecti naturam, quia putabat, varias reddi posse rationes huius apparentiae, ortus scilicet et occasus, ut habemus in Epistola ad Pythoclem §. 92. Ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων καὶ κατ' ἀναψιν γενεσθαι δύνανται, καὶ κατὰ σβέσιν, τοιαύτης οὕσης περιστάσεως καὶ κατ' ἑτέρους τοὺς τόπους, ὥστε τὰ προειρημένα ἀποτελεῖσθαι. οὐδὲν

γὰρ τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. Κατ' ἐμφάνειάν τε θπέρ γῆς, καὶ
πάλιν ἐπίχρυσιν (ἐπιπροσθήσει Schneid. O.) τὸ προείρημένον δύναται
ἂν συντελεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ τι τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. Τὰς τε
κινήσεις αὐτῶν οὐκ ἀδύνατον μὲν γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὄλου οὐρανοῦ
δίσην, ἢ τούτου μὲν σιτάειν, αὐτῶν δὲ δίσην. Si lubet, vide, quomodo
haec doctrinam suis carminibus reddiderit Lucretius Lib. V. v. 649
et seqq. [*Idem.*]

v. 15. καὶ ἔτι δέομαι κ, τ. λ.] Lacinosum hoc comma sic pro-
pmodum restitui posse non abnuet, si praecedentia et consequentia
conferes. Vide nostrum Commentarium h. l. [*Idem.*]

v. 17. ἑτέρωθεν μὲν] Ex versione Rosinii *inventionem alibi quidem
audacem* suspicor equidem, illum extrema huius columnae ele-
menta *MEN T* supplevisse μὲν τολμηρόν. [O.]

C O L U M N A X.

v. 2. διαστήματος] Nulli dubium, quin Epicurus διάστημα ap-
pellat magnum intervallum, quod astra a tellure disterminat. Sic ad-
notat Laertius in Epist. ad Pythocl. §. 92. hoc ipso in libro XI. scri-
psisse: [εἰ γὰρ (ἥλιος) τὸ μέγεθος διὰ τὸ διάστημα ἀποβεβλήκει
πολλῶ ἂν μᾶλλον τὴν χρόαν.] ἄλλο γὰρ τούτῳ συμματώτερον διάστημα
οὐθέν ἐστι. [*Rosin.*]

v. 3. ὀριζομένης] Haec μετοχή procul dubio respicit praeco-
dentem vocem τῆς γῆς, quae in lacuna iacet. Vide Commentarium
h. l. [*Idem.*]

v. 6. τῇ γῆ] Hisce oculis implendam lacunam remur; adscri-
ptum enim *iota*, ut vides, non nisi dandi casum designat. [*Idem.*]

v. 7. συμφωνότερον] Sollemnis Epicuri formula. Sic ad Pythocl.
§. 86. ὅσα μοναχὴν ἔχει τοῖς φαινομένοις συμφωνίαν. et §. 93. εἰς στα-
tuit: πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ οὐθέν τῶν
ἐνεργημάτων διαφωνεῖ, εἰάν τις αἰεὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων μαρῶν ἐχόμενος
τοῦ δυνατοῦ εἰς τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις ἕκαστον τούτων δόνηται
ἀπάγειν, μὴ φοβούμενος τὰς ἀνδραποδαΐδας τῶν ἀστρολόγων κερη-
τείας. [*Idem.*]

v. 10. πυκνότητα] Iam in Scholio ad Col. I. observavimus, Epi-
curum docuisse circa terram posita repagula quaedam, quae ἡμῶν ap-
pellat φραγμοὺς συναπτομένους, et mox Col. XII. εἶραν ὑπερτίσεις.
Haec eandem doctrinam inculcat, et hisce aërlis repagulis terram ita
contineri, ut a superiori minime impellatur. Distinguebat autem
duplex aërlis genus, rarum et leve unum superius, crassius alterum
inferius. Vide sis Lucretium Lib. V. v. 468. 551. et alibi. Et qui-

dem duplicem hanc aëris qualitatem non unus Epicurus adstruxit. Seneca Quaest. Natur., Lib. II. C. 10. sic habet: *Permeat ab aethere lucidissimo aër in terram usque diffusus, agilior quidem tenuiorque, et altior terris, nec minus aquis; ceterum aethere spissior graviorque. Summa pars gias est siccissima, calidissimaque, et ob hoc etiam tenuissima propter viciniam aeternorum ignium, et illos tot motus siderum, assiduumque coeli circumactum. Illa pars ima et vicina terris densa et caliginosa est, quia terrenas exhalationes receptat. Vide etiam Plotin., si lubet, Eunead. II. Lib. I. Cap. 6. et seqq. Epicurus itaque heic πυκνότητα appellat, quod ad Pythocl. §. 104. τὴν πύκνισιν τοῦ ἀέρος πύκνισιν. Huic autem densitati aëris, qui terram ambit, tribui posse autumat eius stabilitatem. Quod in Epistola ad Pythocl. §. 112. scripsit: δίνην ἀέρος ἔγκυκλον αὐτῶν προσιτάναί, ἢ κωλυτικὴ γίνεται τοῦ μὴ περιπολεῖν. [Idem.]*

v. 11. τὴν κάτω παρὰ γῆν παχεῖαν κ. τ. λ.] Ex antecedentibus, ni fallor, sponte fuit haec discissi compositis lectio. Παχεῖαν vero πυκνότητα circa terram ab Epicuro fuisse adstructam testis est Lucretius, qui Lib. V. v. 695. sic ait:

Aut quia crassior est certis in partibus aër. [Idem.]

v. 14. 15. ὑπέρεισιν] Sic restituendam esse capite truncam vocem nemo ambiget, cum eam recurrentem viderit in sequente Columna XII. v. 15. 16. [Idem.]

v. 16. τὴν κάτω] scil. φορὰν, quod supplend. ex praeced. φέρεισθαι. [O.]

v. 19. Οὐθὲν γὰρ ἡμῖν ἐστὶ κ. τ. λ.] Consonat Epicuro Plotinus, qui Eunead. II. Lib. I. Cap. 6. scripsit: συμπεριάγειν δὲ τὴν ταχίστην φορὰν (ἡλίου) γεηρὰ σώματα οὐ πιθανὸν εἶναι. [Idem.]

C O L U M N A X I.

v. 1. διήσασθαι] In praecedentibus verbis, quae in lacuna iacent, et e quibus hic infinitivus regi debet, id contineri autumo, quod telus in medio posita nullo fulcramento indigeat. (Vide nostrum Commentar. h. l.) Adversatur autem Epicurus Physicorum nonnullis, qui terram basi aliqua vel fulcro sustentari asseruerunt. Sic teste Plutarcho de Placit. Philos. Lib. III. Cap. XI. Ξενοφάνης πρώτην (τὴν γῆν) εἰς ἀπειρον ἐρριζώσθαι. Quod item Auctor Hist. Philos. quae Galeno inscribitur Cap. 21. et Eusebius Praeparat. Evang. Cap. 57. referunt. Aristoteles vero de Coelo Lib. II. Cap. 13. post relatam hanc Xenophanis opinionem subdit: οἱ δὲ ἐφ' ὕδατος κείσθαι τοῦτον γὰρ ἀρχαιότατον παρελήφαμεν τὸν λόγον, ὃν φασιν εἰπεῖν τὸν Θαλήτα τὸν Μιλήσιον, ὡς διὰ τὸ πλωτὴν εἶναι μένουσαν, ὡς περ ξύλον, ἥτοι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ γὰρ τούτων ἐπ' ἀέρος μὲν οὐθὲν πέφυκε, μένειν, ἀλλ' ἐφ' ὕδατος. [Rosin.]

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



v. 9. ἰσὸς τοῦ αἵματος] *Μήποτε αὐτὸν ἀπλήρωτον ἔπειτα
ἢ τὴν αὐτοῦ αἵματος ὀρεῖται ἰσότητος; ἢ ἴσως περὶ ἰσότητος
ἔπειτα*

*Præterea æther mundi cœlestis revolutum,
ut exstat Lucretius Lib. V. v. 222. [Idem.]*

v. 20. ἰσοπέταλον] *Ex superioribus ὁμοιοτάτων ὄνομα ἔστι ἰσο-
πέταλον, ἢ ἰσοπέταλον. Ἐπεὶ, ἢ ἰσοπέταλον: ἢ ἰσοπέταλον ἢ ἰσοπέταλον
συντάξι. [Idem.]*

v. 21. δέγμα] *Levi admodum vini liquoris indicio hanc vocem
horislandis ἀδερμάκιον. quæ ἀδερμάκιον ἔστι δέγμα ἰσοπέταλον
ἔστι ἐν τῷ δέγμα, ut docet Eustathius, est τὸ ἐπίσης ἰσοπέταλον. ἢ
pro ἀδερμάκιον ἐστὶν ἰσοπέταλον: Etymologicis tamen etiam ἢ
humana pelle dici solent κατὰ τὸ ἔργον ἴσως τοῦ αἵματος, ἢ ἰσο-
πέταλον. (ἢ ἰσοπέταλον ἢ ἰσοπέταλον, quis negat, metaphorice dici posse de qua-
vis inventio ἢ ἰσοπέταλον? quemadmodum et Latini cavium im-
parium? Videant Grammatici. [Idem.] Cum, primo excepta, etiam
hæc visibilia elementa desint, equidem nullam supplere τὸ ἰσοπέτα-
λον πειρασθέντες δύνανται, ita ut τὸ ἰσοπέταλον, substantive accipien-
dum, sit accusativus prædicati, nominativus autem subiecti desit. [Idem.]*

C O L U M N A XII

v. 1. σοφώτατον] *Sic truncam vocem restituo. E præcedenti-
bus enim et sequentibus satis constat, eam opinionem sapientiore
duxisse Epicurum, quæ terræ stabilitatem ἀπὸ τῆς ἰσότητος, ἢ
æqualitatis, repeteret; et si ceteras iuxta suam philosophandi rationem
minime improbaret. Et quidem hæc eadem opinio Platoni fuit in
Phædone p. 108. cuius verba operæ pretium est adscribere, ut cla-
rius nostri mens pateat. Ait igitur: πέπεισμαι τοίνυν, ὥς πρῶτον
μὲν, εἰ ἴστιν (ἢ γῆ) ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερῆς οἷσα, μηδὲν αἰτῆ
δεῖν, μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πειεῖν, μηδὲ ἀλλης ἀνάγκης μηδεμιᾶς
τοιαύτης· ἀλλὰ ἱκανὴν γε εἶναι αἰτῆν ἴσχειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐ-
ρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ πάντη, καὶ τῆς γῆς τὸ ἰσόρροπον· ἰσόρροπον γὰρ
πρᾶγμα ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθεῖν οὐχ ἔξει μᾶλλον, οὐδ' ἥτιον οὐ-
δαμόσι κλιθῆναι· ὁμοίως δ' ἔχον ἀκλινὲς μένει. Quo in loco ani-
madvortere est Epicurum uno verbo ἰσότητι complexum esse, quod
Plato iustus dixit ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἰσόρροπον τῆς γῆς;
Imo etiam quid amplius. Etenim patet, per æqualitatem, ἰσότητα,
tum terræ æquilibrium, tum æqualem aeris amictum, tum vero
æquidistantiam a coelo, tum denique coeli ipsius uniformitatem in-
tellexisse. [Rosin.]*

v. 4. εἶπερ αὐτό ποτε τὸ μένειν κ. τ. λ.] Ut Epicuri mentem et nostram lectionem adsequaris, en quomodo eius argumentatio procedit. Cum terra ex antedictis sit rotunda; si detur aliquando in medio Universi constituisse, haec utique ratio est, cur eius statio debeat esse perpetua. Cum enim ibi posita aequae distet a coelo, et aequae aëre ambiatur, in aequilibrio erit, et nullo pacto fieri poterit, ut quoquo-versum inclinaret. Atque id quidem est, quod modo in superiori columna dixit: οὐκ ἦν ἄτοπον τῆς μονῆς πυρασκευαστικόν. Et re quidem vera testatur Aristoteles de Coelo Lib. II. Cap. 13. universos philosophos, qui terram in mundi centro constituebant, rotundam eidem figuram adsignasse; ex hac enim figura, per quam a coelo aequidistaret, eius stabilitatis necessitatem repetivisse: ἔτι προστιθέασιν καὶ φασὶ διὰ τὴν ἡρεμίαν ἀνάγκην τὸ σχῆμα τοῦτ' ἔχειν ταύτην. Ipse vero in sequente capite hanc de suo rationem addit: πρὸς δὲ τοῦτοις δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων τὸ αἴτιον τῆς μονῆς. Εἰ γὰρ φύσει πέφυκε φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον πάντοθεν, ὡς περ φαίνεται, καὶ τὸ πῦρ πάλιν ἀπὸ τοῦ μέσου πρὸς τὸ ἔσχατον, ἀδύνατον ἐνεχθῆναι ὀκτώων μόριον αὐτῆς ἀπὸ τοῦ μέσου, μὴ βιασθῆναι. Εἰ ταίνυν ὀκτώων μόριον ἀδύνατον ἐνεχθῆναι ἀπὸ τοῦ μέσου, φανερόν, ὅτι καὶ τὴν ὅλην ἔτι ἀδυνατώτερον· εἰς ὃ γὰρ τὸ μόριον πέφυκε φέρεσθαι, καὶ τὸ ὅλον ἐνταῦθα πέφυκε· ὥστ' εἰ ἀδύνατον κινηθῆναι, εἰ μὴ ὑπὸ κρείττονος ἰσχύος, ἀναγκαῖον ἂν εἶη μένειν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ μέσου. [Idem.]

v. 8. αἰθέρι χῶσθαι κ. τ. λ.] Dilaniatum hoc comma, e quo, ut vides, vix pauca discerpta supersunt elementa, restituere hariolando aduisi sumus. Utere, si lubet. Sententia certe procedit.

Etsi autem χῶω et χωνύω proprie *terram adgerere* significet, putaverim tamen, recte ad quamcunque adgestionem notandam transferri posse, dummodo, ut heic, designetur, unde adgestio fiat, non secus ac apud Latinos *adgerere* proprie dicitur de terrae coacervatione; Plautus tamen Rud. II. v. 37. *adgerunda est aqua* dicere non dubitavit. Epicurus vero, ut hucusque laudivimus, aëre ita obvolutam tellurem reputavit, ut ipsi tanquam repagulo foret; et paullo infra aperte habemus ἀέρων ὑπερείσεις. Quapropter fidus interpres Lucretius Lib. V. v. 468. cecinit:

*Sic igitur tum se levis et diffusilis aether
Corpore concreto circumdatus undique sepsit,
Et late diffusus in omneis undique partibus
Omnia sic avido complexu cetera sepsit.*

Putabat enim noster, aërem nihil aliud esse, nisi subtiliores terrae partes, quae primitus, ex ipsius poris erumpentes in altum ascenderunt. Sic idem Lucretius h. lib. v. 458:

. *per rara foramina terras*

Partibus erumpens primus se sustulit aether

Signifer, et multos secum levis abstulit igneis.

Et quidem Plutarchus de Placit. Philos. I. 4. ait: ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθίζοντων ἐγεννήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων ἀήρ. In quem locum rectissime sic animadvertit Eduardus Corsinius: *Quamvis haec universi formatio nulli philosopho nitide distincteque a Plutarcho tribuatur, Epicuro tamen ceterisque atomorum fautoribus adscribi debet. [Idem.]*

v. 9. ὡς οὐδ' ἐξ ἐπιφόρων ἐλίσθαι] Si lectionem probas, parallela erit Senecae phiasis Quaest. Nat. II. 48. *ut mundus inconcussus eat. [Idem.]*

v. 11. δι' ἀνάλογον ῥόον] Sic legendum videtur. ῥόον enim appellavit continentem idolorum seriem, quae in oculos incurrit, Lib. II. Col. IV. v. 13. et Col. VII. v. 13. Cur non *aëris fluxum* diceret? *Ἀνάλογον* autem vocat, qui undique terram ingruat, et aequo premit singulas partes ea proportione, ut nullatenus impellere queat, imo potius fulcumento sit, ne aliquo inclinetur; atque adeo efficiat, quas heic appellat τῶν συμφώνων ἀέρων ὑπερείσεις, et Col. I. παρὰ γῆ-φραγμοῦς συναπιόμενος. [Idem.]

v. 14. ὑπερείσεις] In superiori Scholio in Col. XI. ad v. 7. Epicuri verba recitavimus, quae σώματα ὑπερείδοντα καὶ στελλόντα nuncupabat. Huius igitur naturae est aër. Propterea ibi terram aëre amictam, στελλομένην dixit, heic vero τῶν ἀέρων ὑπερείσεις commiscitur. Etenim solum τὸ κενόν fulcimentum praestare non posse aiebat ad Herodot. §. 44. ἡ κενού φύσις τὴν ὑπέρισην οὐχ οἷα τε οὔσα ποιῆσθαι. [Idem.]

v. 16. 17. τῶν προσηλαμένων ἀλλοιότητις] Corpora προσηλαμένα procul dubio intelligit solem, lunam et reliqua astra, quorum metu et conversione terra posset adfici: verum nihil inde timendum esse putat διὰ τὰς ἀλλοιότητις, nempe quia diversi sint generis ea corpora; cuius argumenti rationem reddit Col. sequente. [Idem.]

v. 18. ὡς ἂν καὶ τ' ἀπὸ τύπους ὀρθῶς ἐξαχθῶσιν] Miror Rosinium nil adnotasse in verba haec difficillima, quae in versione sua ita reddidit: *quapropter etiam percussiones facile possunt repelli. Sed quomodo Graeca verba hoc significare possint, non video. Si scriptum fuisset τύποι in nominativo, nulla esset constructionis difficultas. Annon legendum ὡς ἂν καὶ τ' ἀπὸ τούτων (scil. τῶν προσηλαμένων) τύπους ὀρθῶς ἐξαχθῶσιν (quod verbum formatum fortassis ab ἀχθῶ, *gravo, premo*, ut sit ἐξαχθῶ reprimo, repello, ita ut verendum sit quare percussiones incurrantium corporum bene possunt*

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



λεγομένων, ἢτε αὐτοτελῶς. Inter alios autem libros unum *περὶ ἀφῆς*, de *contactu*, nostrum scripisse testis est Laertius §. 28. Lib. X. Vide sis Gassend. in h. l. [*Idem.*]

v. 5. *εὐδοῶν ἐπὶ φορῶν*] De idolorum φορῶν et celeritate satis quidem superque disputavit noster in citato libro *Βῆτα*, in quem non pauca adnotavimus; huiusmodi tamen sententiam in illis reliquis non invenimus. Nihilominus, cum ibidem ipse profiteatur *περὶ διαλύσεως*, de *dissolutione corporum*, disseruisse (vide Col. X.); admodum verisimile est, inibi eam doctrinam explicuisse. Etsi enim putabat, dissolutione corpora interire, aliquid tamen eorum semper subsistere aiebat, quod perire non posset, atomos scilicet. Sic ad Herodotum §. 54. *δεῖ τι ὑπομένειν ἐν ταῖς διαλύσει τῶν συγκροτήσεων.* Quare Lucretius cecinit (Lib. I. v. 673. O.):

Proinde aliquid superare necesse est incolume olli,

Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Vide etiam, quae in citata Col. X. recitavimus. Hinc concludes, opportunum illum fuisse locum, quo sententiam suam de corruptione per contactum alienorum corporum explicaret; et proinde heic legendum esse *βιβλῶ βῆτα*, ut adpinximus, non vero *θῆτα* vel *ζῆτα*, quod lacuna aequè caperet. [*Idem.*]

v. 8. 9. *περὶ τῆς ἐξαρχῆς ὑπόθεσις*] Quaeenam fuerit huiusce undecimi libri *ὑπόθεσις*, vide sis in sequenti commentario. [*Idem.*]

v. 10. *ἐν δὲ τοῖς ἐχομένοις*] Hac clausula sollemne erat veteribus libro finem imponere, cum argumenti tractatio nondum esset absoluta, et in sequentes reiiceretur. Sic, ut a tritis excedamus, in Chrysippi fragmentis, quae prae manibus habemus, clauditur liber: *ῥηθήσεται δὲ περὶ τούτων καὶ ἐν τοῖς ἐχομένοις.* [*Idem.*]

v. 11. *περὶ τῶν μετεώρων τούτων*] Hinc profecto discimus, etiam insequentis libri XII. argumentum fuisse *τὰ μετέωρα*, quorum appellatione non modo, quae in aëre conspicua fiunt, intellexit, sed etiam quidquid supra nos in coelo suspicitur, astra nempe eorumque phaenomena; ut patet ex tota epistola ad Pythoclem, quae *περὶ τῶν μετεώρων* inscribitur; et iam diu Gassendus et Menagius animadverterunt. Et quidem Laertius Lib. X. §. 96. testis est, in ipso libro XII. de solis lunaeque eclipsibus nostrum disputasse. Cum igitur notum sit, veteres astrorum ope tempora metiri solitos fuisse, (vid. Sext. *Empiric.* Pyrrhon. Hypotyp. II. §. 136. adv. *Physic.* II. 176. Plutarchum de *Placit.* *Philos.* I. Cap. 21. et 22.) nec non per eorum eclipses, (vid. Laert. in *Proem.* §. 2.) hinc in Cap. IV. nostri Commentarii ad Lib. II. coniectavimus, eodem in libro *IB* de tempore ipsum disseruisse, non vero in *B*, ut in vulgatis Laertii habetur. [*Idem.*]

CAROLI ROSINII
COMMENTARIIVS

IN LIBRVM XI.

EPICVRI

DE NATVRA.

IN CAPVT I.

Cur et quomodo Terra in medio mundi sit positq.

In undecimo περὶ φύσεως libro de Meteoris Epicurum pertractasse ex Laertio didiceramus. Hic enim, cum eius Epistolam ad Pythoclem recitaret, quam περὶ τῶν μετεώρων inscripsit §. 91., ubi de solis, aliorumque siderum magnitudine disputatur, sic adnotavit: Τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ περὶ φύσεως λέγει· εἰ γὰρ, (φησὶ,) τὸ μέγεθος διὰ τὸ διάστημα ἀποβεβλήκει, πολλῶν ἢ μᾶλλον τὴν χροῶν, ἄλλο γὰρ τοῦτω συμμετρότερον διάστημα οὐθέν ἐστιν. Nunc autem minime falsum enarratorem Laertium fuisse agnoscimus, cum liber ipse ad nostras tandem venerit manus, qui de meteoris procul dubio disserit, ut ipsemet Auctor in libri calce testatur; etsi recitata a Laertio verba non deprehendimus. Exiguum enim libri frustulum nobis legendum operae praebuerunt, ut ab initio monuimus; in quo nec de astrorum motu, nec de magnitudine, nec de universis ipsorum phaenomenis verbum ullum: vix enim illum de telluris situ eiusque stabilitate loquentem nacti sumus. Ex fragmentis tamen de illis verba fecisse interlucet.

Quare pronum est colligere, ipsum de universo astrorum systemate prius disputasse; mox, quasi appendicis loco, ad telluris situm designandum devenisse; ubi, cur ipsa ab illorum rotatione minime impellatur, more suo inquirat. Hanc profecto methodum tenet eius fidissimus interpret Carus, cum huiusmodi quaestiones pertractat. Libro enim V. v. 510. incipit:

Motibus astrorum nunc quae sit causa, canamus.

paullo autem infra v. 535. sic procedit:

Terraque ut in media mundi regione quiescat etc.

Hoc item pacto Noster in his, quae supersunt, paginis ad terram in mundi medio stabiliendam accedit. Cum itaque inter loquendum deprehendissemus, hanc, quam adscribimus, sententiam ex interrupto passim sermone expiscari quivimus.

Quo autem, optime lector, probare valeas pauca illa, quae de nostro adlevimus ad consarciendas invicem paginas, quae omnes inferius sunt plus minus exesae; nosse iuverit, in illarum singulis viginti quatuor versus esse numerandos. Id nobis innotuit ex collatione alius Epicuri voluminis (quod οὐν θεῶν propediem dabimus), in quo, cum plures integras pagellas habeamus, quantus sit scripturae modulus, palam est. Hinc, quot versus in singulis huiusce columnis desiderantur, facile dignosces.

(COL. I.) „Infra subter pedes descendisse apparet. Itaque idem astrum, quod prius supra caput adspicientis in parte opposita videbatur, postmodum, si spectator superius adscenderit, sub suis pedibus positum despiciet. Hoc posito igitur dico, terram figura incurvam in locorum medio positam esse, h. e. in circumstantis Universi centro, quod illam versus tum superius, tum inferius incurvatur, itemque alia sepimenta, quae circa illam sunt, in eandem formam esse connexa: atque adeo hoc pacto mundum quasi rotundum servari, et terram in eius medio consiste-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



In hisce autem explicandis quomodo se continere debeat physiologus, sic Pythoclem docebat apud Laert. §. 86. μήτε τὸ ἀδύνατον παραβιάζεσθαι, μήτε ὁμοίαν κατὰ πάντα τὴν θεωρίαν ἔχειν ἢ τοῖς περὶ βίων λόγοις, ἢ τοῖς κατὰ τὴν τῶν ἄλλων φυσικῶν προβλημάτων κάθαρσιν ὅπερ ἐπὶ τῶν μετεώρων οὐχ ὑπάρχει, ἀλλὰ ταῦτά γε πλεοναχὴν ἔχει καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν, καὶ τῆς οὐσίας ταῖς αἰσθήσεσι σύμφωνον κατηγορίαν· οὐ γὰρ κατ' ἀξιώματα κενὰ καὶ νομοθεσίαν φυσιολογητέον, ἀλλ' ὡς τὰ φαινόμενα ἐκκαλεῖται Πάντα μὲν οὖν γίνεται ἀσείστως ἐπὶ πάντων μετεώρων κατὰ πλεοναχὸν τρόπον ἐκκαθαυρομένων συμφώνως τοῖς φαινομένοις. Ὅταν δέ τις τὸ πιθανολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν δέοντως καταλίπη. Ὅταν δέ τις τὸ μὲν ἀπολίπη, τὸ δὲ ἐκβάλη ὁμοίως σύμφωνον ὄν τῶ φαινομένῳ, δῆλον ὅτι καὶ ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταρῶσει. Haec eadem mutatis verbis hoc in capite inculcat, atque ait.

(Col. VI.) „Itaque heic operae pretium esse autumo *physiologos* monere, ne, cum aliquam sublimium corporum per oculos imaginem accipiunt, statim velint aliquid nimis arguta ratiocinatione pro certo concludere. Qui enim nimio plus quibusdam attendit, ut puto, suis scilicet oculis, in aliis vero semet ipse decipit non modo propter impedimenta, quae sibi ab illorum corporum rotatione obveniunt, sed etiam propter varietates ortus et occasus, quae innumeras solis apparentias produnt; iure, inquam, nullam ipsi mente possunt per oculos adaequatam rationi imaginem accipere. Alienum enim, et e vero distans commentum sibi fingat, necesse est, qui (Col. VII.) opinionem falsam et abnormem animo praecepit, quod ea, quae sub nostros sensus aperte cadunt, eandem nobis philosophandi methodum exhibeant, atque ea, quae circa sublimia corpora apparent. Distinguere enim, arbitror, in primis vir sapiens debet id, de quo disputat; an scilicet de Mundi natura disputet, et de iis quae aperte in mundo visuntur, an de aliqua apparentia, quae e sublimissimis corporibus

ad aspectum hominum terram incolentium demittitur: propterea quod, *quasi ob oculos subiectum habet, potest evidenter ipsius naturam explorare:* (Col. VIII.) non sic, cum forte, ut reor, subiectum inspiciat, neque discernat, quod de subiecti natura enuntiatur, et quod dicitur subiecto ipso comprehendi.“

IN CAPUT III.

An Solis circumactio alias Mundi partes adficiat.

Cum suam de philosophandi methodo doctrinam exposuerit, ad controversiam redit de terrae stabilitate: cumque satis putaret illis occurrisse, qui tellurem vel interiori motu percitam circa axem suum moveri, vel ab exteriori coeli vortice impelli affirmarent, alios persequitur, qui eam a diurno solis orientis et occidentis motu inquietari posse putabant. Id autem temere dici autumat, propterea quod, licet ex ortu et occasu solis et lunae concipi possit aliquis ipsorum motus, hic tamen motus adfirmari non potest esse secundum ipsorum naturam ita, ut negari non possit. Et quidem ipse ad Pythoclem scribebat §. 92. *Ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρον, καὶ κατ' ἕναψιν γίνεσθαι δύνανται, καὶ κατὰ σβέσιν, τοιαύτης οὔσης περιστάσεως καθ' ἑκατέρους τοὺς τρόπους καὶ κατ' ἐμφάνειάν τε ὑπὲρ γῆς, καὶ πάλιν ἐπίκρουσιν τὸ προειρημένον δύναιτ' ἂν συντελεῖσθαι. οὐδὲ γάρ τι τῶν φαινομένων ἀντιμαρτυρεῖ. Τύς τε κινήσεις αὐτῶν οὐκ ἀδύνατον μὲν γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ὅλου οὐρανοῦ δίνην, ἢ τούτου μὲν στάσιν, αὐτῶν δὲ δίνην, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει ἀνάγκην ἀπογεννηθεῖσαν ἐπ' ἀνατολῇ.* Cum itaque ex eius sententia nihil certi affirmari posset de solis lunaeque motu, iure ait cohibendum esse ea in re mentis assensum, atque adeo temere dici terram, sive ab universi coeli vortice, sive a solis lunaeque rotatione affici, cum sit ab ipsis certo intervallo disternata. Sic igitur procedit:

(Col. VIII.) „Ex hoc autem subiecto multae controversiae non minimi quidem momenti oriuntur, quas inter non ultima illa est: quaenam scilicet mundi partes pariter inquietentur a solis orientis et occidentis, de qua nuper dixi, circumactione. Difficile enim et audax est opus singulas eius observare apparentias, *ut quid tuto concludere valeas. Propterea necesse est cohibeamus assensum* (Col. IX.) nostrum; nec, quoties nobis solis ortus et occasus videndus occurrit, velimus portentum aliquod e nostra mente depromptum ipsis annectere. E subiecto enim mens recte potest concipere motum aliquem solis et lunae versus orientem et occidentem; inde tamen non sequitur, eum motum esse secundum subiecti naturam. Rursum igitur obsecro, ne quis mentis suae commentum, alibi quidem audax, *haec vero aperte falsum amplectatur, atque praesumat terram sive insensibili motu circa suam axem circumvolvi, sive externo coeli vortice, sive solis rotatione impelli, cum semper inde sit* (Col. X.) certo quodam intervallo determinata.“

IN CAPVT IV.

Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

Exsufflatis more suo adversariorum opinionibus de telluris motu, rationem proferre satagit, cur ipsa immobilis in mundi centro persistat. Hanc autem opinatur esse *aequalitatem*: quo nomine, ut in Schol. ad Col. XII. animadvertimus, intellexisse videtur tum telluris aequilibrium, tum a coelo aequidistantiam, tum imprimis aequallem aëris ambientis amictum. Improbare tamen non audet, si quis duxerit, diversitatem corporum, quae terram circumstat, in causa esse, cur eam impellere nequeant. Diversae enim naturae corpora, ut ipse ait, iuxta se invicem posita propriam vim amittunt. Eius igitur orationem tene:

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



88 **COMMENTARIUS IN LIBRUM XI.**

rumpuntur: quod et in ipso secundo libro a me dictum est, cum de idolis ad motum expeditis dissererem.

„Quod nobis principio de proposita quaestione erat dicendum. In sequentibus porro de huiusmodi etiam meteoris accuratius disputabimus.“

INDEX VERBORVM.

NB. *Vocabula, quae asterisco notantur, desunt in Lexicis.*

A.

- Ἀίσθησις II. Col. VIII. v. 2.
Ἀλληλοῦχος II. Col. IX. v. 2.
Ἄν in fine periodi II. Col. IV. v. 13.
Ἀναλογία XI. Col. VII. v. 5.
Ἀνατολαί XI. Col. V. v. 18. et Col. VI. v. 15.
Ἀνυπέροβλητος II. Col. I. v. 11.
Ἀπαρτίζω XI. Col. VI. v. 18.
Ἀπαρτίως XI. Col. IX. v. 12.
Ἀπετρία XI. Col. III. ult.
Ἀπόδειξις II. Col. IV. v. 12.

B.

- Βάθος II. Col. VII. v. 3.

Δ.

- Δεῖγμα ἐπὶ τοῦ ὄργάνου XI. Col. VII. v. 3.
Δέρμα XI. Col. XI. v. 21.
Διαδικασία XI. Col. VIII. v. 11.
Διάστασις II. Col. VII. v. 2.
Διάστημα II. Col. III. v. 4. et XI. Col. X. v. 1.
* Δίνευμα II. Col. VI. v. 10.
Δίγη XI. Col. II. v. 4. et Fragm. V. in Antemonit.

E.

- Ἐἶδωλον II. Col. I. v. 9. et Col. V. v. 6.
* Ἐμπερινοέω XI. Col. IX. v. 5.
Ἐμποδεία XI. Col. VI. v. 8.

Ἐν τοῖς ἐχομένοις XI. Col. XIII. v. 10.

* Ἐπάλλαγμα XI. Col. III. v. 3.

* Ἐριπίη XI. Col. ΔΙ. v. 3.

Εὐδος XI. Col. XIII. v. 5.

Θ.

Θέσις II. Col. III. v. 1.

Ι.

Ἴσον ἀπέχειν XI. Col. XI. v. 2.

Ἴσοταχὺς II. Col. II. v. 7.

Ἰσότης XI. Col. XII. v. 1.

Κ.

Καταλείπει XI. Col. VII. v. 1.

* Καταστάθμησις XI. Col. V. v. 12. et v. 17.

Κατάστασις XI. Col. III. v. 7.

* Κάτοψις XI. Col. VII. v. 18.

Λ.

Λιγόμενον κατὰ τὸ ὑποκείμενον XI. Col. VIII. v. 4. 5.

Μ.

Μάταια ποιεῖν XI. Col. II. v. 20.

Μιτίωρον XI. Col. XIII. v. 11.

Ο.

Οἰκοδομή XI. Col. III. v. 7.

Ὅμοιος τύπος II. Col. VI. v. 1. 2.

* Ὅμοιοστέλλόμενος XI. Col. XI. v. 7. 8.

Ὅμοίωμα XI. Col. VI. v. 1.

Ὅργανον XI. Col. VI. v. 5. et Col. VII. v. 5.

Π.

Παράβασις XI. Col. VII. v. 2.

Περιέχον XI. Col. I. v. 10.

Περινόεια XI. Col. VI. v. 4.

Πλαγιασμός XI. Col. V. v. 10.

Προσποίημα XI. Col. VII. v. 1.

Πυνώτης XI. Col. X. v. 9.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



INDEX RERVM NOTABILIVM

*Quae vel in textu fragmentorum vel in Antemonito, Scholiis et
Commentario occurrunt.*

(Litt. C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum seu lineam
Columnae, L. librum Epicuri.)

A.

Aequidistantia a coelo et coeli uniformitas terram reddunt immobilem
S. ad L. XI. C. XII. v. 3. et seq. Comment. ad XI. Cap. IV.

Aëris duplex genus S. ad L. XI. C. X. v. 9. eius densitas quid prae-
stet *ibid.* Aëris circa terram genesis S. ad L. XI. C. XII. v. 7. et seq.

Aëris fluxus S. ad L. XI. C. XII, v. 10. **Aëria fulcimenta** S. ad L.
XI. C. I. v. 12. et C. II. v. 1. C. XII. v. 13. Commentar. in L. XI.
Cap. I. et Cap. IV.

Alienum corrumpit corpora sibi adhaerentia S. ad L. XI. C. XIII.
v. 1. et seqq. Comment. in XI. Cap. IV.

Antilambda S. ad L. II. C. II. v. 6.

Apodictica ratio S. ad L. II. C. IV. v. 11.

Astrorum magnitudo *Anteloq.* Fragm. 2. ortuum et occasuum causae
et diversitas S. ad L. XI. C. V. v. 18. et C. IX. v. 11.

Astrologorum machinamenta *Anteloq.* Fragm. 4.

Atomorum positio et ordo S. ad L. II. C. III. v. 1. Ex illis genitae
membranae *ibid.* v. 4. Eorum motus *ibid.* v. 7.

Atomum dissolutioni et mutationi non subiacent S. ad L. II. C. VII. v. 2.

C.

Centrum mundi S. ad L. XI. C. I. v. 10. et seqq. Comment. in XI.
Cap. I.

Corporum solidorum generatio S. ad L. II. C. III. v. 4. **Resistentia** *ibid.*
v. 19. **Extensio** S. ad L. II. C. VII. v. 2. **Dimensio** *ibid.* v. 3.

Concretio S. ad L. II. C. X. v. 2. **Corpora primitiva** S. ad L. XI.
C. III. 2. eorum vicissitudo *ibid.* v. 3.

Coeli etymon S. ad L. XI. C. I. v. 11. domus S. ad L. XI. C. III. v. 7.
 Obliquitas S. ad L. XI. C. V. v. 10.
 Cyri expeditio S. ad L. XI. C. V. v. 1.

D.

Densitas et raritas termini Mundi *Anteloq.* Fragn. 1. S. ad L. XI. C. L.
 v. 10. 11.
 Domitiani ingenium violentum S. ad L. II. C. I. v. 2.

E.

Epicuri libri in Herculaeis voluminibus superstites *Praefat.* Epicurus
 quid in Libris de Natura I. II. et III. docuerit *Comment.* in L. II.
 Cap. I. S. in II. Cap. XI. v. 1. Eius liber II. cum XI. confusus
Comment. in L. II. Cap. IV. Libri XI. vices *Anteloq.* Stylus *ibid.*
 Fragn. 3. Argumentum S. ad L. XI. C. XIII. v. 5. Libri XII.
 Argumentum *ibid.*
 Errorum caussae S. ad L. XI. C. VI. v. 2.

F.

Forma a simulacris transmissa S. ad L. II. C. VI. v. 11. 12.
 Fultura simulacrorum S. ad L. II. C. VII. v. 3.
 Fumus unde S. ad L. II. C. III. v. 4.

G.

Gnomon a quoniam inventus S. ad L. XI. C. V. v. 12.

H.

Heliotropion quando inventum S. ad L. XI. C. V. v. 12.
 Horizon visualis S. ad L. XI. C. V. v. 6. eius diameter *ibid.*

I.

Imagines in speculis S. ad Lib. II. C. IV. v. 1.
 Impedimenta ad veritatem percipiendam quatenus sint S. ad L. XI.
 C. VI. v. 8. 9.
 Indicae aves S. ad L. II. C. IV. v. 13.
 Interstitium inter atomos membranarum S. ad L. II. C. III. v. 8.
 Interstitiis corpora scatent S. ad L. II. C. VII. v. 7. 8.
 Intervallum inter astra et terram S. ad L. XI. C. X. v. 1.

L.

Littae S. ad L. II. C. IV. v. 13.
 Locis mutatio quid transeuntibus praestat *Anteloq.* Fragn. 6. S. ad
 L. XI. C. I. v. 1. *Comment.* in L. XI. Cap. I.

M.

Materia subiecta rerum S. ad L. XI. C. III. v. 2. ignava et immobilis *ibid.*

Membranarum genesis S. ad L. II. C. III. v. 4. Membranæ evolantes et in solida incurrentes *ibid.* v. 10. earum positura S. ad L. XI. C. V. v. 8.

Meteora quomodo explicanda *Anteloq. Fragm. 4. Comment. in L. XI. Cap. II.* Quid apud Epicurum S. ad L. XI. C. XIII. v. 11.

Mundi nomine quid intelligat Epicurus S. ad L. XI. C. I. v. 10. et 11. *Comment. in L. XI. Cap. I.* Eius figura S. ad L. XI. C. I. v. 8. Centrum *ibid.* v. 10. *Comment. in XI. Cap. I.* Structura S. ad L. XI. C. III. v. 7. de Mundo quomodo disputandum S. ad L. XI. C. VII. v. 14. Mundi numero infiniti, mole finiti *Anteloq. Fragm. 4.* Corruptibiles *ibid.* Mundi moenia S. ad L. XI. C. II. v. 1. *Comment. in XI. Cap. I.*

Muri circa tellurem *Anteloq. Fragm. 5.* S. ad L. XI. C. I. v. 8. ad XI. C. II. v. 1. *Comment. ad L. XI. Cap. I.*

N.

N pro Γ S. ad II. C. X. v. 2.

Naturæ œconomia ad perceptionem obtineendam *Comment. in L. II. Cap. I.*

O.

Obelismene diptera S. ad L. II. C. II. v. 6.

Oculus *κατ' ἐξοχήν* organum appellatur S. ad L. XI. C. VI. v. 5. 6.

Odor unde S. ad L. II. C. III. v. 4.

Opinio falsa atque abnormis de Meteoris S. ad L. XI. C. VII. v. 1. 2.

Opiniones praeconceptae nos fallunt *ibid.* v. 21.

Orientalis plaga quasi occidentali superior S. ad L. XI. C. V. v. 1.

P.

Parapegmata S. ad L. XI. C. V. v. 12.

Phaenomena a portentis quomodo differant S. ad L. XI. C. VII. v. 15. cum eis congruentia S. ad L. XI. C. X. v. 6. veritatem docent S. ad L. II. C. IX. v. 9. non uno pacto explicanda S. ad L. XI. C. IX. v. 11. et C. XII. v. 19.

Proportio idem ac ratiocinandi methodus S. ad L. XI. C. VII. v. 3.

Puncti finalis quid vicem suppleat S. ad L. II. C. II. v. 6. et C. IX. v. 9.

Q.

Quaestiones de Sole S. ad L. XI. C. VIII. v. 11. de Mundi partibus *ibid.* v. 13. de fulcramento telluris eiusque situ S. ad L. XI. C. I. v. 6. et seq. et C. XI. v. 7. *Comment. in L. XI. Cap. I. et IV.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



96 INDEX RERVM NOTABILIVM.

Tympani segmento Mundus similis *Anteloq.* Fragm. 5. S. ad L. XI.
C. I. v. 8.

Typus similis S. ad L. II. C. VI. v. 1. 2.

V.

Vapor unde S. ad L. II. C. III. v. 4.

Vortex *Anteloq.* Fragm. 5. S. ad L. XI. C. II. v. 14. et C. VI. v. 10.
et C. X. v. 9. Comment. in L. XI. Cap. I. et Cap. III.

U.

Universi nomine quid intelligat Epicurus S. ad L. XI. C. I. v. 10. 11.
eius qualitates *Anteloq.* Fragm. 3. Membrana S. ad L. XI. C. I.
v. 19. et Comment. in L. XI. C. I.

L I P S I A E,

EX OFFICINA F. C. B. VOGLII.

ANTISTHENIS

FRAGMENTA.

EX OFFICINA ZÜRCHERI ET FERRERI.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



PRAEFATIO.

Rogatus a Walzio ut antiquitatis encyclopaediae, quae Stutgardiae prodit, commentationes ad historiam antiquae philosophiae pertinentes insererem cum nuper coepissem quae in scriniis meis de ea re collecta haberem perlustrare, in primis Socratis doctrina animum advertit. De qua postquam intellexi homines eruditos in diversas partes abire neque prius iudicium integrum ferri posse nisi undique conquisitis et in unum collectis Socraticorum fragmentis, ipse rem alacri animo aggressus nunc horum studiorum curiosis Antisthenis fragmenta propono, ut quam gravem fecimus iacturam deperditis libris Pha-

niae Dioclis Oenomai Hermippi Hecatonis Socratis Theopompi aliorum, qui de Antisthene et Socraticis egerunt, aliquatenus resarcire liceat. Neque inutile negotium suscepisse mihi videbor, si quid ad rectius ex ipsis fontibus cognoscendam Socraticam philosophiam contulero.

Scriebam TURICI IV. Idus Apriles a. MDCCCXLII.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Ἄριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος· ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι Ξενοφῶν τε ἐσχατογῆρος ὦν, Ἀρίστιππὸς τε καὶ Ἀντισθένης, πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σφήττιος ὁ Σωκρατικός. Mortuus est Athenis septuagenarius, teste Eudocia p. 56, ἀρρώστια¹⁾).

ANTISTHENES docuit in gymnasio Cynosarge haud longe a porta et Cynicam sectam condidit. Suidas s. v. οὗτος οὖν καὶ τῆς Κυνικῆς κατήρξατο φιλοσοφίας ἣτις οὕτως ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ διδάξαι αὐτόν, καὶ Διογένους δὲ καθηγητῆς γέγονε τοῦ κυνὸς καὶ τῶν λοιπῶν. Diog. Laert. VI. 13. διελέγετο δ' ἐν Κυνοσάργει γυμνασίῳ μικρὸν ἄποθεν τῶν πυλῶν· ὅθεν τινὲς καὶ τὴν κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι. αὐτὸς τε ἐπεκαλεῖτο Ἀπλοκύνων. καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, καθά φησι Διοκλῆς, καὶ μόνῳ αὐτῷ²⁾ ἐχρῆτο· βάκτρον³⁾ τε ἀνέλαβε καὶ πήραν. Plut. vit. Brut. c. 34. de Cynico Favonio: ἐφ' οἷς ὁ μὲν Κάσσιος ἐγέλασεν, ὁ δὲ Βρούτος ἐξέβαλεν αὐτὸν ἀπλόκυνα καὶ ψευδόκυνα προσαγορεύων. ubi v. Coraes. Conf. I. Chr. Kühn diss. de Cynosarge gymnasio apud Athenienses olim celebri Lips. 1742. p. XIV sq. Quatuor illius appellationis causas attulit Schol. ad Aristotel. p. 23. Brandis. Κυνικοὶ δὲ ἐκλήθησαν διὰ τέσσαρας αἰτίας· ἢ γὰρ διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἀδια-

¹⁾ Diog. Laert. VI. 18.

²⁾ Lucian. Fugit. c. 21. Wyttenbach. ad Plut. de sent. prof. in virt. p. 82. B.

³⁾ ib. Dial. Mort. 3.

φορίαν ἐπετήδευον, ὡς οἱ κύνες, δημοσίᾳ ἐσθίειν καὶ ἀφροδισιάζεσθαι καὶ ἀνυπόδετοι περιπατεῖν καὶ ἐν πίδασι καὶ ἐν τριόδοις καθεύδειν. τοῦτο δὲ ἐποίουν τοῦ φύσει καλοῦ ὀρεγόμενοι· ἔλεγον γὰρ ὅτι εἰ ἀγαθόν ἐστι, δεῖ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πράττεσθαι. ἢ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, καὶ οὔτε κοινῇ οὔτε ἰδίᾳ διαπρακτέον· οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς (Od. XI. 443.)

τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι,

ἀλλ' ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ (Il. VII. 196.)

εἰπέ καὶ ἀμφαδίην, ἐπεὶ οὐ τινα δεῖδια ἔμπης

αὕτη πρώτη αἰτία. δευτέρα αἰτία ὅτι ἀναίδες ζῶον ὁ κύων, ἐπετήδευον δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀναίδειαν, οὐ τὴν χείρονα τῆς αἰδοῦς ἀλλὰ τὴν κρείττονα· διττῇ γὰρ ἢ ἀναίδεια, ἢ μὲν κρείττων τῆς αἰδοῦς ἢ δὲ χείρων, ἢ τε ἄνδρας μέγα σίνεται ἢ δ' ὀνίνησι· ταύτην οὖν τὴν ἀναίδειαν ἐπετήδευον τὴν κρείττονα αἰδοῦς, οἷον ὑλακτοῦντες κατὰ τῶν ἀλλοτριῶν τῆς αὐτῶν φιλοσοφίας. τρίτη αἰτία ὅτι φρουρητικὸν ζῶον ὁ κύων· ἐφρούρουν δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ δόγματα τῆς φιλοσοφίας διὰ τῶν ἀποδείξεων καὶ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τούτῳ· φαίη γὰρ ἂν ἢ τύχη πρὸς Ἀντισθένην τὸν προστάτην τῆς αἰρέσεως ταύτης οὕτως (Il. VIII. 297.)

ἐννέα δὲ προέηκα τανυγλώχινας οἰστούς,

τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα,

ὅτι, φησί, τοσαύτας αὐτῷ συμφορὰς ἐπήγαγον καὶ οὐκ ἠδυνήθην αὐτοῦ καταβαλεῖν τὸ φρόνημα. αὕτη καὶ ἢ τρίτη αἰτία. τετάρτη δὲ ὅτι διακριτικὸν ζῶον ὁ κύων γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ τὸν φίλον καὶ τὸν ἀλλότριον ὀρίζον· ὅν γὰρ γινώσκει, νομίζει φίλον εἶναι καὶ εἰ

δόπαλον ἐπιφέρουτο, ὃν δὲ ἀγνοεῖ, ἐχθρον καὶ εἰ δέ-
 λεαρ ἐπιφερόμενος εἶη. οὕτως οὖν καὶ οὗτοι τοὺς μὲν
 ἐπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν φίλους ἐνόμιζον καὶ εὖ-
 μενεῖς ἐδέχοντο, τοὺς δὲ ἀνεπιτηδείους ἀπήλαννον δι-
 κην κυνῶν κατ' αὐτῶν ὑλακτοῦντες. διὸ καὶ Πλάτων
 ἐν Γοργία φησὶν ὅτι ἔχει τινὰ σοφίαν ὁ κύων δια-
 κρίνειν φίλον ἀπὸ ἐχθροῦ. καὶ τὸ διακρίνειν δὲ ἀλή-
 θειαν καὶ ψεῦδος μόνου φιλοσόφου. οὕτως καὶ ὁ
 πέμπτος τρόπος. Philoponus ib. p. 35. ὥσπερ οἱ Κυ-
 νικοὶ φιλόσοφοι οἵτινες κύνες ἀνομάζοντο διὰ τὸ παρ-
 ρησιαστικὸν τε καὶ ἐλεγκτικόν. ὥσπερ γὰρ ὁ κύων ἔχει
 τὸ διακριτικὸν τῶν οἰκείων ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, οὕτω
 καὶ οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἐποίουν, καὶ τοὺς μὲν ἀξιούς
 φιλοσόφους ἐδέχοντο, τοὺς δὲ ἀναξίους τῆς φιλοσο-
 φίας καὶ μὴ δυναμένους ἐντὸς γίνεσθαι φιλοσόφων
 λόγων ἐδίωκον. διὰ τὸ οὖν παρρησιαστικὸν καὶ τὸ
 διακρίνειν αὐτοὺς τοὺς τε δυναμένους καὶ μὴ δυνα-
 μένους δέξασθαι φιλοσοφίας λόγους, τοῦτου ἕνεκα Κυ-
 νικοὶ ἀνομάζοντο. ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων ἔφη „ἔχει
 δέ τι καὶ ὁ κύων φιλόσοφον“ οὕτω καὶ οἱ Κυνι-
 κοὶ φιλόσοφοι ἀνυποστάτως ἐλευθεριάζοντες ἔκρινόν
 τε καὶ διήλεγχον τὰ τε ὀρθῶς καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα.
 Cicero de orat. III. 17, 62. ac primo ab ipso
 Platone Aristoteles et Xenocrates, quorum alter Pe-
 ripateticorum alter Academiae nomen obtinuit, deinde
 ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in
 Socratico sermone maxime adamarat, Cynici
 primum, deinde Stoici, tum ab Aristippo quem illae
 magis voluptariae disputationes delectarant, Cyre-
 naica philosophia manavit.

De ANTISTHENIS imaginibus exposuit Gurlitt.
 archaeol. script. p. 251 sq.

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



ANTISTHENIS librorum indicem sed errorum plenum exhibet Diog. Laert. VI. 15. hunc: φέρονται δ' αὐτοῦ συγγράμματα τόμοι δέκα·

πρῶτος ¹⁾ ἐν ᾧ περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων, Ἄλῃς ἢ Ἄλαντος λόγος, Ὀδυσσεὺς ἢ περὶ Ὀδυσσεως ²⁾, Ὁρέστου Ἀπολογία ἢ περὶ τῶν δικογράφων, Ἴσογραφὴ ἢ Λυσίας καὶ Ἴσοκράτης ³⁾ πρὸς τὸν Ἴσοκράτους Ἀμάρτυρον.

τόμος δεύτερος, ἐν ᾧ περὶ ζώων φύσεως, περὶ

¹⁾ Aliter Suidas s. v. οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα· πρῶτον Μαγικόν· ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου, εὐρόντος τὴν σοφίαν. τοῦτο δὲ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι ἀνατιθέασι. Sed recte videtur statuere Ionsius librum esse Antisthenis Rhodii, cuius meminit Diog. Laert. VI. 1, 19. Vossius eum esse dicit, qui τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς scripsit et qui a Plinio XXXVI. 12. inter eos recensetur, qui de Pyramidibus Aegyptiacis scripserunt. Antisthenis cuiusdam tertium librum Meleagridos memorat Plut. de fluviis T. XIV. p. 469. Hutten. Alii alibi memorantur, v. Aristoph. Eccles. v. 336. 806. Xen. Memor. III. 4. Bergk. de ant. com. p. 86 sq.

²⁾ Has duas declamationes Antistheni abiudicat Foss. de Gorgia p. 94. Ceterum Casaubonus ὑπὲρ Ὀδυσσεως, Menagius περὶ Ὀδυσσείας mavolt.

³⁾ Ita edidit Hübnerus e coniectura Wyttenbachii ad Plut. Moral. p. 390. ed. Oxon. Vulgo legebatur Ἴσογραφὴ ἢ Λυσίας ἢ Ἴσοκράτης. Infra cum corrupta sint verba περὶ νίκης οικονομικός, malim hic scribere ἀντιγραφὴ. Λυσίας ἢ Ἴσοκράτης πρὸς τὸν Ἴσοκράτους Ἀμάρτυρον ὑπὲρ Νικίου Isocrat. Panegy. §. 188. τοὺς δὲ τῶν λόγων ἀμφισβητοῦντας πρὸς μὲν τὴν παρακαταθήκην καὶ περὶ τῶν ἄλλων ᾧν νῦν φλυαροῦσι. Inter Speusippi dialogos memoratur a Diog. Laert. IV. 5. πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον. Πλάτωνος ἐγκώμιον. Vide Westermanni hist. eloq. gr. I. p. 291. Saepe confundi ἴσο et ἀντι in libris, docuerunt Hermann ad Eur. Hecub. vs. 1154 et Reisig. Enarr. Soph. Oed. Col. p. LIII.

παιδοποιίας ἢ περὶ γάμου ἐρωτικός, περὶ τῶν
σοφιστῶν φυσιογνωμονικός, περὶ δικαιοσύνης καὶ
ἀνδρείας προτρεπτικός πρῶτος, δεύτερος, τρίτος,
περὶ Θεόγνιδος δ', ε' 1).

τόμος τρίτος, ἐν ᾧ περὶ ἀγαθοῦ, περὶ ἀνδρείας 2)
περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας, περὶ νόμου ἢ περὶ
καλοῦ καὶ δικαίου, περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας,
περὶ πίστεως ἢ 3) περὶ ἐπιτρόπου, περὶ τοῦ πεί-
θεσθαι, περὶ νίκης οἰκονομικός.

τόμος τέταρτος, ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων
ἢ περὶ ἰσχύος.

τόμος πέμπτος, ἐν ᾧ Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας, Ἀσ-
πασία.

τόμος ἕκτος, ἐν ᾧ Ἀλήθεια, περὶ τοῦ διαλέγεσθαι
ἀντιλογικός, Σάθων ἢ περὶ τοῦ ἀντιλέγειν α',
β', γ', περὶ διαλέκτου.

τόμος ἕβδομος, ἐν ᾧ περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων α',
β', γ', δ', ε', περὶ ὀνομάτων χρήσεως ἢ ἐριστικός,
περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, περὶ δόξης καὶ
ἐπιστήμης α', β', γ', δ', περὶ τοῦ ἀποθανεῖν,
περὶ ζωῆς καὶ θανάτου 4) περὶ τῶν ἐν ἄδου,
ἐρώτημα περὶ φύσεως α', β' 5), δόξαι ἢ ἐριστικός,
περὶ τοῦ μανθάνειν προβλήματα.

1) v. Welker. p. XLIX.

2) recte om. περὶ — ἀνδρείας Ambros.

3) ἢ quod vulgo post ἐπιτρόπου legebatur ex Ambrosio
hic inserui.

4) verba τοῦ — θανάτου Huebnerus hic posuit, quae vulgo
legebantur ante περὶ ὀνομάτων.

5) Ita auctore C. F. Hermannō (Zimmerm. diurn. antiq.
1834. p. 103) dedi e cod. Cantabr. et Arund. Vulgo περὶ
φύσεως α', β', ἐρώτημα περὶ φύσεως β'.

τόμος ὄγδοος, ἐν ᾧ περὶ μουσικῆς, περὶ ἐξηγητῶν,
περὶ Ὀμήρου, περὶ ἀδικίας καὶ ἀσεβείας, περὶ
Κάλχαντος, περὶ κατασκόπου ¹⁾, περὶ ἡδονῆς.

τόμος ἕνατος, ἐν ᾧ περὶ Ὀδυσσεύας, περὶ τῆς ῥάβ-
δου, Ἀθηνᾶ ²⁾ ἢ περὶ Τηλεμάχου, περὶ Ἑλένης
καὶ Πηνελόπης, περὶ Πρωτέως, Κύκλωψ ἢ περὶ
Ὀδυσσεύας, περὶ οἴνου χρήσεως ἢ περὶ μέθης ἢ
περὶ τοῦ Κύκλωπος, περὶ Κίρκης, περὶ Ἀμφια-
ράου, περὶ τοῦ Ὀδυσσεύας καὶ Πηνελόπης καὶ
περὶ τοῦ κυνός.

τόμος δέκατος, ἐν ᾧ Ἡρακλῆς ἢ Μίδα, Ἡρακλῆς
ἢ περὶ φρονήσεως ἢ ἰσχύος, κύριος ³⁾ ἢ ἐρώμενος,
κύριοι ἢ κατάσκοποι, Μενέξενος ἢ περὶ τοῦ ἄρχειν,
Ἀλκιβιάδης, Ἀρχέλαος ἢ περὶ βασιλείας.

καὶ ταῦτα μὲν ἐστὶν ἃ συνέγραψεν. ὁ Τίμων δὲ διὰ
τὸ πλῆθος ἐπιτιμῶν αὐτῷ παντοφυῆ φλέδον ἄ-
φησιν αὐτόν.

¹⁾ F. τερατοσκόπου.

²⁾ Ambrosius περὶ τῆς ῥάβδου Ἀθηνᾶς.

³⁾ Coniecti ad Plut. Erotic. p. 97. scribendum esse Κύριος.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



III.

Plutarch. de vitioso pudore T. VII. p. 121. (536)
 Reisk. οὕτως ἀνάτρεπτος ἦν καὶ ἀνάλωτος ὑπὸ τῶν
 τοιούτων καὶ κρατῶν ἐκείνης τῆς παραινέσεως, ἣν ὁ
 Ἀντισθένης Ἡρακλῆς παρήνει τοῖς παισὶ διακελευ-
 ὄμενος μηδενὶ χάριν ἔχειν ἐπαινοῦντι αὐτοῦς.
 τοῦτο δ' οὐδὲν ἄλλο ἢ μὴ δυσωπεῖσθαι, μηδ' ἀντι-
 κολακεύειν τῷ ἐπαινοῦντι.

IV.

Eratosthenes Catasterism. c. 40. p. 30. ed. Schau-
 bach. οὗτος δοκεῖ Χείρων εἶναι, ὁ ἐν τῷ Πηλίῳ οὐ-
 κήσας δικαιοσύνη δὲ ὑπερενέγκας πάντας ἀνθρώπους
 καὶ παιδεύσας Ἀσκληπιόν τε καὶ Ἀχιλλέα. ἐφ' ὃν
 Ἡρακλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν δι' ἔρωτα (παιδείας addit
 Koppiers), ᾧ καὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἄνθρωπῳ, τιμῶν τὸν
 Πᾶνα¹⁾. μόνον δὲ τὸν Κένταυρον οὐκ ἀνεῖλεν,
 ἀλλ' ἤκουεν αὐτοῦ, καθάπερ Ἀντισθένης φησὶν
 ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. Eudocia p. 437.

V.

Proclus in Plat. Alcib. Comment. p. 98. Vol.
 I. Kreuzer. λέγει οὖν καὶ ὁ Ἀντισθένης Ἡρακλῆς
 περὶ τινος νεανίσκου παρὰ τῷ Χείρωνι τρεφομένου·
 μέγας γάρ φησι καὶ καλὸς καὶ ὠραῖος, οὐκ ἂν
 αὐτοῦ ἠράσθη δειλὸς ἐραστῆς.

Cf. Cyrus IV.

¹⁾ τὸν Ἀτλαντα malim. Vide Plut. de EI. ap. Delph. c.
 6. p. 224. Hutten.

Π. ΚΥΡΟΣ.

Quanti sit habitus is liber a veteribus, cognoscimus e Ciceronis epist. ad Atticum XII. 38 extr.: *Kũρος δ, ε*¹⁾ *mibi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi. et Phrynich. Arab. appar. orat. ap. Phot. CLVIII. p. 326. εἰλικρινουῶς δὲ καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ στάθμας, καὶ παράδειγμά φησιν ἄριστον Πλάτωνά τε καὶ Δημοσθένην Κριτίαν τε τοῦ Καλλιάρχου καὶ Ἀντισθένην μετὰ τῶν γνησίων αὐτοῦ δύο λόγων, τοῦ περὶ Κύρου καὶ τοῦ περὶ Ὀδυσσῆ (Ὀδυσσεΐας).*

I.

Athenaeus V. p. 220. C. *Ἀντισθένης δ' ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων κακολογῶν Ἀλκιβιάδην καὶ παράνομον εἶναι λέγει· καὶ εἰς γυναῖκας καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν. συνεῖναι γάρ φησιν αὐτὸν καὶ μητρὶ καὶ θυγατρὶ καὶ ἀδελφῇ, ὡς Πέρσας. Eustath. Hom. Odys. κ. p. 378. (1645, 11.) Ἀλκιβιάδην μέντοι παρεξηγημένον ἐν τῷ ἄλλως βιοῦν ἐξωλέστερον ἔσκωψέ φησιν Ἀντισθένης παράνομον εἶναι — καὶ ἀδελφῇ, ὡς τοὺς Πέρσας.*

* II. 2)

Athenaeus XII. p. 534. C. *διὸ καὶ Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικός, ὡς ἂν αὐτὸς αὐτόπτης γεγονὼς του*

¹⁾ Libri ΚΥΡΟΣΑC, ΚΥΡCΑC, Κύριος m i h i.

²⁾ Asteriscus numero praefixus me coniectura ductum fragmento sedem assignasse indicat.

Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὸν αὐτὸν καὶ ἀνθρώδη καὶ ἀπαίδευτον καὶ τολμηρὸν καὶ ὠραῖον ἐφ' ἡλικίας γενέσθαι φησὶν.

III.

Marcus Antoninus VII. 36: Ἀντισθενικόν· βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν. Arrian. Epict. diss. IV. 5. τί οὖν λέγει Ἀντισθένης, οὐδέ ποτ' ἤκουσας, Βασιλικὸν, ὦ Κύρῃ, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν. Diog. Laert. VI. 3.

IV.

Diog. Laert. VI. 1. 2. καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐλύσας.

* V.

Plut. vit. Alcib. init. Ἀλκιβιάδου δὲ καὶ τίτθης γένος Λάκαιναν Ἀμύκλαν ὄνομα καὶ Ζώπυρον παιδαγωγὸν ἴσμεν, ὧν τὸ μὲν Ἀντισθένης, τὸ δὲ Πλάτων ἰστόρηκεν.

* VI.

Proclus in Plat. Alcib. I. p. 114. Kreuzer. ὅτι δ' αὖ μέγας ὁ Ἀλκιβιάδης ἐγένετο καὶ καλὸς, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ κοινὸν αὐτὸν ἐρώμενον καλεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος ἀπάσης, δηλοῖ δὲ ὁ Ἀντισθένης εἰπών, ὡς εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν ὁ Ἀχιλλεὺς, οὐκ ἄρα ἦν ὄντως καλὸς. Plinius Olympiodorus p. 28. ὅτι γὰρ καλὸς ἦν τῷ σώματι, δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Κυνι-

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

[Continue](#)

*Fair usage policy applies



πλείονα ἐδάκρυσεν ἢ ὅτε ὑπὲρ τοῦ βίου καὶ τῆς οὐσίας ἐκινδύνευσε καὶ Κίμωνος δ' Ἐλπινίκη τῇ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος εἶδ' ὕστερον ἐκδοθείσης Καλλία καὶ φρυγαθευθέντος μισθὸν ἔλαβε τῆς καθόθου αὐτοῦ ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκη μιχθῆναι ¹⁾).

IV. ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ.

Diog. Laert. VI. 1. οὗτος κατ' ἀρχὰς μὲν ἤκουσε Γοργίου τοῦ ρήτορος· ὅθεν τὸ ρητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς.

I.

Pollux VI. 16, 98. βομβυλιὸς δὲ τὸ στενὸν ἔκπωμα καὶ βομβοῦν ἐν τῇ πόσει, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ. Ibid. X. 19, 68. τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν βομβυλιὸν μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ. Schol. Apoll. Rhod. II. v. 571. Erotian. p. 104. Franz.

¹⁾ Cum eadem fere ex Aeschine, qui et ipse dialogum Aspasiae inscripsit, narret Plutarchus vit. Pericl. c. 32. veri haud absimilis est suspicio, utrumque nomen confudisse Athenaeum. Vide Jacobs. de hetaer. p. 393. Hemsterhus. Anecd. p. 230.

Igitur nescio an in Protreptico dixerit Antisthenes ea quae attulit Athen. XI. p. 784. C. βομβυλιός· θηρίκλειον Ῥοδιακόν. οὐ̄ περί τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν „οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγῆσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιού κατὰ μικρὸν στάζοντες.“¹⁾

II.

Athen. XIV. p. 656. F. Ἀντισθένης — — καὶ ἐν Προτρεπτικῷ δὲ „ἀντὶ δελφακίων τρέφεσθαι.“

* III.

Photius p. 361, 21. οὐροδόκη: τὴν ἀμίδα Δενοφῶν· οὐρειον δὲ βίκον Ἀντισθένης.

¹⁾ Imitationem Gorgianae orationis prodit, ni fallor, etiam Xen. Sympos. II. 26. ἣν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πικρὰ ἐπιψεκάζωσιν (ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργυείοις ῥήμασιν εἶπω) οὕτως οὐ̄ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν ἀλλὰ ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. Antisthenis Protrepticum Isocrates Helen. encom. §. 12. reprehendere videtur: τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιούς καὶ τοὺς ἄλλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαιεῖν οὐδείς πώποτε λόγων ἠπόρησεν, οἱ δὲ περί τῶν ὁμολογουμένων ἀγαθῶν ἢ καλῶν ἢ τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ λέγειν ἐπιχειρήσαντες πολὺ καταδεέστερον τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντες εἰρήκασιν. coll. §. 1. 4. 8. In Athen. III. p. 125. F. pro Ἀντιφάνης ἐν Βομβυλίῳ et IV. p. 161. E. ἐν Θομβυκίῳ corrigo Ἀντιφάνης ἐν Θορυνκίῳ coll. XII. p. 553. XV. 689. E. Plut. vit. Cleom. c. 8. Meinek. histor. crit. comicorum p. 311. 317.

V. ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Athen. V. p. 220. D. ὁ δ' Ἀρχέλαος Γοργίου τοῦ φήτορος (sc. καταδρομὴν περιέχει).

VI. ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ.

Athen. V. p. 220. D. ὁ δὲ Πολιτικὸς αὐτοῦ διάλογος ἀπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθηνησιδημαγωγῶν.

VII. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΟΣ.

Athen. XIV. p. 656. F. Ἀντισθένης δ' ἐν Φυσιογνωμονικῷ „καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ δελφάκια πρὸς βίαν χορτάζουσιν.“

VIII. ΦΥΣΙΚΟΣ.

I.

Cicero de nat. deor. I. 13. Atque etiam Antisthenes in eo libro, qui Physicus¹⁾ inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicens, tollit vim et naturam deorum. Conf. Lactant. de ira dei c. XI. Div. Instit. I. c. 5. Minuc. Felix. c. XIX.

¹⁾ Lambinus: Physiognomicus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of
human knowledge in
797,885 volumes

Instant access
\$8.99/month

